PERUGIA

345

Mostra d'Antica Arte
Umbra
N.° 345

MUNICIPIO DI BETTONA

CIRCONDARIO DI PERUGIA

VETVSTI · PATRII · STATVTI
HAS · RELIQVIAS
QVOD
CARD · DE-LVCA · AIT
INTER · CELEBRIORA · STATVTA · STATVS · ECCLESIASTICI · RECENSITA
E REIECTIS · LIBELLIS · MVN · TABVLARII · SELECTAS
PIVS · BIANCALANA · E · VETTONENSIBVS
A · SECRETIS
NE · OMNINO · DISSIPARENTVR
RECOLLEXIT
CREDIBILI · COMPOSVIT · MODO
A · R · S
CIↃIↃ CCCLVIII

2v

Iv

II v

III ✓

IVv

Vv

et alios de furto vel crimine famoso damnatos. Predicti autem
omnes de dicto Consilio esse non possint nec eligi valeant, et
electio de eis facta non valeat et sit nulla; et electi contra for-
mam presentis stabiliti vocem in eo non habeant, et suffragia
prebere non valeant. Et nihilominus tam ipsi electi, qui ...
averint, quam ipsi eligentes poenam .x. lib. ipso facto in-
... quolibet, et omnino tales electi a Consilio ... moveantur, et
... les eorum loco subrogentur per alios Consiliarios eiusdem
... qua esset talis remotus. Teneantur autem dicti ...
hora debita celebrandi Consilii ante factam de eis ...
... tem antequam supradicto proposita presen...
... discedere donec ...

VIv 3

Liber prim[...]

et nihilominus quod aliter gestum fuerit non valeat ipso iure [...]

[...]toritatem autem, potestatem et arbitrium dicti generalis Co[n]-

silij talem et tantam fore decernimus, qualis et quanta est to-

tius nostri populi et communis seu esse poterit in futurum [...]

[...]o quod in dicto Consilio factum, statutum et reformatum

[...]titerit, perpetuam et precisam obtineat firmitatem, dum[...]

do contra [...] nostra statuta non

et duae partes saltem e tribus dictorum Consilia[riorum]

[...]nerint. Quod vero in dicto Consilio propositum [...]

[...]tum non fuerit infra annum in alio Consilio pro-

[...] convenit arrengari, vel re[...]

rdinamo et stantiamo che si accadera
à vedere alcuna differenza intra alcu[illegible]
essendo di fuora nel Terr.° di Bettona
il Podestà per suo marico fiorino mezzo
bt diece et non più

leasin
e sta
sub
4

Item à levare ogni lite et differenza che na[illegible]
conto del spendere delle monete et della[illegible]
namo et dechiaramo che il soldo se inte[illegible]
et mezzo, et la libra s'intenda grossi du[illegible]
s'intenda di denari cinq[ue]

Item per mantenere l'honestà delle donne [illegible]
dinamo che, à nessuna donna di qualu[n]q[ue]
ditione si sia ardisca ne presuma, ne[illegible]
notte mascararsi nella Terra, ò Terr[illegible]
pena di dua scudi per ciascuna, et [illegible]

Item à restrignare il giovenil furore ordiniamo
nessuno homo di Bettona, ò sobborghi [illegible]
nessuna dare publicamente, ò per inter[illegible]
uno dono, ò presente di qualsivoglia [illegible]
[illegible]vene maritata, ò non maritata sotto
per ciascuno che desse tali doni [illegible] medes[illegible]
[illegible] detta pena [illegible] donna che [illegible]
[illegible] pena [illegible]

VIIv

iii

-o compresi in detta pena, tanto ma-
l'apparteneranno in detti gradi.

-mo che à nessuna persona sia lecito buttare
ad alcuna donna che non li appartenghi in
-onsanguinità sotto pena d'uno scudo
-ndo il solito. per ciascuno, et ciascuna volta

nece[illegible]
alijs generali Con[illegible]
summam. XXV. lib. [illegible]
in dicto Consilio non esset [illegible]
contenta aliter vetita vel m[illegible]
dictum Consilium de dictis sex[illegible]cem
durare et non ultra. Et quod renovatio [illegible]
mense dicti anni modo et forma ut supra [illegible]
ad consilium cernita non veneret facta sege[illegible]
in poenam unius solidi applicanda ut supra
defectu illorum [illegible] ad Consili[illegible]
[illegible] et debeant vocari facere
generali. et non venientes ut supra solvan[illegible]

De propositis fiendis in Consilio generali et cernita [illegible]

Statuimus etiam atque ordinamus, quod Cancellarii
omnes et singulas propositas fiendas in Con[illegible]
deliberatione Dominorum Priorum, ac
ex deliberatione Consilij cernite [illegible]
generali. debeant prius annota[illegible]

VIIIv

1131

... et

...nsin tene... spa...

...egere, ut gen... e...

... pro nostro commun[i] ...

... pena .xx. sol. ipsi Cancell[ari]o

...[illegible]ferit.

... ad partita arrengationes seu consulta-

[p]ropositis Rub. VIII.

... arrengata et ... [illegible] ... per propositi...

... aliquam etiam in Consilio ...

...[illegible] Priorum per nostrum Cancellarium

... et ... debeant ad partita in dictis Consiliis ...

... et meliora visa fuerint pro nostro communi. Par-

... predicta vinci et obtineri debeant in quolibet

...liorum per maiorem partem congregatorum ...

...tes ex tribus partibus ipsorum consiliariorum

...ta non valeant. Salvo quod si tracta-

...e, concessione, remissione, vel

...[illegible] rei, quantitatis et

[illegible] et assistere [illegible]

[illegible]rant, seu alia suffragia [illegible]

[illegible] communi applica[illegible] et quod aliter gestum

[illegible] Item ad obviandum eorum malignitati

[illegible] et cavillosis protest[illegible] et appellationibus

[illegible] et [illegible] impedire [illegible] Statuimus quod ne-

[illegible] liceat ab [illegible] propositis et [illegible] antequam sententia

[illegible] seu fabe et [illegible] eis [illegible] appellare vel

[illegible]tari. Et si appellatum vel protestatum fuerit, non va-

[illegible] nihilominus ad ballotationem propositarum et par-

[illegible] procedatur, appellatione vel protestatione non ob-

[illegible] reservato iure appellandi post dictam ballotationem.

[illegible] statutum volumus precise et inviolabiliter observ-

[illegible] quicquid aliter, quam modo predicto gestum fuerit,

[illegible]esse nullum.

[illegible] Dominorum Priorum. Rub. ix.

[illegible]m natura docent unum [illegible] corpus caput habeat, [illegible]

[illegible]tur. Idcirco maiorum nostrorum sectantes vestigia et

[illegible] consuet[illegible] statuimus quod ad regimen et

- IX

[illegible]rerum et [illegible] qui [illegible]

[illegible]m sev [illegible]landum. tunc [illegible]

Consilio per quamquam partes ex sec parti[illegible]

non concedantur [illegible] sed denegata [illegible]

Et si [illegible] fieret [illegible] nel tesori[illegible]

statuto dispensatio [illegible] rogatum [illegible] Domini

ad superiorem [illegible] transmittere [illegible] nol[illegible]

ad supplicandum [illegible], quod [illegible]ens statuto

[illegible] observa[illegible] [illegible] poena ipsi [illegible] id [illegible]

servan[illegible] decem [illegible] denariorum. Statuentes [illegible]

omnia et singula [illegible] et obedire debere a[illegible]

et [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] ad [illegible]

superios [illegible] observato. Et [illegible] omnes [illegible]

beant eorum [illegible] seu fabas ad [illegible] [illegible]

[illegible] in ipsa [illegible], [illegible] [illegible] in ea poena

[illegible] sol. di facto [illegible], cuius [illegible]

[illegible] et executionem faciant. Decernentes [illegible]

[illegible] dictorum Consiliis [illegible] contigerit [illegible]

[illegible], in cuius negotio [illegible]

Sanguinei et affines [illegible] de [illegible]

Liber primus:

gubernium huius nostre terre et esse debeant quatuor probi et ido-
nei viri, qui Priores nuncupentur, unus videlicet de quolibet quarte-
riorum. autem electio, imbussulatio et extractio fieri debeant modo
infrascripto videlicet, quod Priores ultimo extracti de bussula desi-
nentibus predictum prioratus faciant cohadunare consilium otto homi-
num de consilio terrae. qui Priores debeant unusquisque proponere
~~tres~~ quatuor probos homines de suo quarterio. et quilibet ponatur ad parti-
tum in dicto consilio. et si pro maiori parte fuerit victus, sit de
Prioribus futuris, et si non fuerit obtentus. alius eligi debeat. et
simili modo partitetur. quibus factis debeant per dominos Priores
scribi, et describi quatuor pro quolibet polizia, unus videlicet pro
quolibet quarterio. cum descriptione Camerarii pro tempore ~~[illegible]~~ eorum
~~[illegible]~~ eorum prioratus. prout extrahi evenerit. et partitatio
et imbussulatio dictorum Priorum pro uno tamen anno durare debeat
et recondi ac servari in cassetta com. in sacristia Ecclesie sancti
Crispoliti: et finito uno quoque prioratu deferatur capsetta pre-
fata in palatium domini potestatis. et ibi publice per manum
pueri extrahatur una ex dictis bullectis et publicentur Priores
et capsula reclausa reportetur in sacristiam a dominis Prioribus
serata per octo dies ante finem [illegible] eorum prioratus. et Prio-
res non possint eligi nisi de Consilio

Liber primus

De Consilio boni status et auctoritate danda dominis Prioribus. Rub. XI.

Statuimus et ordinamus quod in consilio generali prestito iuramento a dominis Prioribus de eorum officio bene et fideliter exercendo lectisque eis statutis factis per ipsorum precessores, detur auctoritas novis dominis Prioribus una cum dominis consilij Comitum agendi disponendi, ordinandi ac providendi pro usu et utilitate communis. ac si per totum generale consilium actum, ordinatum et provisum esset, salvis et reservatis, quod non possint nec valeat cassare annullare et suspendere aliquam sententiam seu condennationem latam per aliquem Potestatem Terre Pistorij, nec possint imponere aliquam datiam, imprestantiam vel collectam absque consensu et decreto consilij generalis, vel duarum partium ipsius consilij ad minus. et si secus factum fuerit non ~~valeat~~ valeat ipso iure.

De sindicatu Potestatis. Rub. XII.

Non immerito Divinis et humanis Legibus sancitum est; ut qui publicis gerendis negocijs presunt. congruam de gestis

rationem redderent, ne ali ipsi magistratus et nimia licentia
laxatis iustitiae habenis in deteriora prorumperent. Ideo et nos
huiusmodi maiorum laudabilibus institutis adherentes hac nra
municipali lege decernimus quod noster Potestas eiusque officiales et
familia finito tempore eorum officij teneantur stare ad sindicatum
per quatuor dies integros et continuos immediate sequentes coram
sindicatoribus a nostro comuni deputatis vel deputandis. Ele-
ctio autem dictorum sindicatorum fiat in nostro generali Con-
silio per Consiliarios cuiuslibet contratae hoc modo videlicet. de qua-
libet contrata eligantur duo probi et idonei viri per Consiliarios
eiusdem. Itaque in totum sint et esse debeant decem homines. de
quibus fiant duae cartulae, et in qualibet ipsarum quinque ex eis
describantur et deinde imbussulentur et in ipso primo die sindi-
catus de mane per dominos Priores extrahatur una de dictis car-
tulis. Et qui reperientur in ea descripti. sint et esse intelli-
gantur sindicatores dicti Potestatis, officialium et familiae;
et qui de dicto numero semel fuerit, sequenti anno ad idem
eligi non valeat. Dicti autem Sindicatores incontinenti
facta extractione teneantur iurare in manibus dominorum
Priorum de gerendo eorum officium recte et fideliter [illegible]

bene et iuste cognoscendo et iudicando secundum formam iuris et nostrorum statutorum. Renovatio autem et nova imbussulatio fiat deficiente priori bussulo in alterius mense modo et forma ut superius diximus. Inter predictos autem sindicatores sit et esse debeat unus de nostris notarijs per quem cuncta acta sindicatus annotentur et describantur, et ei etiam tamque actuario in eius scripturis plena adhibeatur fides. qui gratis teneat acta recipere. et pro eorum productionibus nil consequi debeat. salarium autem dictorum sindicatorum sit .x. sol. pro quolibet. Notarius autem mercedem habeat duplicatam. De quatuor autem diebus quos dicto sindicatui prefiximus, decernimus duos primos integros esse petitionum seu querelarum coram eis proponendarum, quibus elapsis etiam absque alia protestatione seu declaratione petitiones et querele amplius non admittantur, nec super eis quispiam audiri debeat, et processus desuper agitatus sit nullus. Reliqui autem duo dies circa cognitionem et decisionem propositarum in tempore querelarum versentur. Decernentes quod si nulla petitio seu querela alicuius particularis persone fuerit contra dictos potestatem, officiales et familiam porrecta infra duos primos dies

eorum sindicatus, tunc tertia die hora vespertina debeant à petitione sindici et inquisitione generali absolui vel codenari prout iuri consonum fuerit. Si autem aliqua contra eos fuerit exhibita petitio seu querela alicuius particularis persone, tunc eorum sindicatus duret per quatuor dies ut supra ita tamen quod die quarta sententia precise condenatoria vel absolutoria feratur, condenando vel absoluendo, non autem remittendo ipsam sententiam ferendam arbitrio superioris vel consilio sapientis. Quod si contigerit in dicto termino sententiam condenatoriam vel absolutoriam de dictis Potestate, officialibus et familia non proferri, tunc auctoritate presentis statuti, idem Potestas, officiales et familia sint absoluti ipso iure et pro absolutis habeantur. et sindicatores ipsi, quorum culpa id venerit, penam .L. libr. pro quolibet incurrant, et ad interesse partis teneantur. Dicti autem sindicatores sint et esse intelligantur Iudices ordinarij, et iurisdictionem habeant in ciuilibus et criminalibus causis et mixtis dictum sindicatum concernentibus, ac etiam cognitionem habeant de omnibus gestis et neglectis, commissis vel omissis per dictum Potestatem officiales et familiam durante eorum officio tam contemplatione eorum officij, quam etiam de commissis extra officium in hac nostra terra et eius districtu dicto tempore, de quibus d

ipsi teneantur coram dictis sindicatoribus respondere. In dicto autem
// sindicatu volumus procedi summarie et de plano sine strepitu et figura iuditij diebus quibuscumque feriatis etiam in honorem Dei. Et petitiones admittantur etiam sine scriptis dummodo in scripturam per actuarium redigantur. Teneantur etiam predicti sindicatores bene et
// diligenter revidere oes et singulos eorum libros et scripturas et maxime processus criminales et eorum cōdēnationes vel absolutiones et si invenerint male vel iniuste eos absolvisse vel condēnasse, seu in plus vel minus quam de iure et ex forma nostrorum statutorum deberent, tunc dicti sindicatores dictum Potestatem seu eius offitiales qui contrafecerint in premissis vel aliquo premissorum condēnent ad totale interesse nostro cōmuni seu particularibus personis
// que ex dictis sententijs fuerint lese, ac etiam in poenam viginti quinque librarum denariorum nostro cōmuni applicandarum pro quolibet et vice qualibet, non obstante quod in dictis sententijs inesset clausula. salvo semper et reservato quod per quam eos non intendimus modo aliquo excusari. Debeant etiam dicti Potestates et familia et offitiales in prima eorum responsione fienda generali inquisitioni idoneos prestare fideiussores de iudicio sisti et iudicatum solvendo. qui fideiussores eo ipso intelligantur obligati dum ad id. quod dicti Potestas offitiales et familia tenerent

rigore generalis inquisitionis; sed etiam petitionum et querelarum particularium personarum; ita q(uod) ad omnia dictum sindicatum concernentia teneantur in quacumque instantia et coram quocumque Judice etiam sine aliqua excussione de ipsis Potestate, offitialibus et familia fienda. Volumus autem ultimam datiuam salarij dicti Potestatis retineri per nostrum commune, donec ipsi et alij offitiales fuerint absoluti. Decernentes insuper q(uod) dicti sindicatores super prolatione sententie in causis dubijs adhibeant Consilium sapientis partibus non suspecti sumptibus nostri communis, et sec(undu)m illud iudicare teneantur. Statuentes etiam q(uod) Potestas et alij eius offitiales sindicatum petere uel consequi non ualeant durante eorum offitio, nec infra tempus offitij sindicari poena quinquaginta libr. den. tam ipsi Potestati et offitialibus petentibus, quam Prioribus proponentibus et alijs super hoc arrengantibus ipso facto incurrenda et communi applicanda. et nihilominus sindicatus ipso iure non ualeat. Decernentes etiam q(uod) si quando contingeret dictum Potestatem in offitio reformari seu eius offitiales eorum et cuiusque eorum sindicatus totius temporis in fine ipsius reforme reseruetur. et prius sindicari non debeant sub poena predicta. et nihilominus sindicatus ipso iure non ualeat.

XIIIv De electione et offitio bayulorum et preconum nri cois. Rub. XIII.

Quoniam sine ministris non possunt offitiales eorum offitia exerce-
re. ideo statuimus, q in hac nostra Terra sint et esse debeant
continuo duo bayuli, de quibus unus sit preco seu tubicen,
quorum electio fiat in nro generali Consilio per annum cum sa
lario, quod eidem consilio uidebitur. qui bayuli et precones
teneantur in principio eorum offitij solemne prestare iuramen
tum in manibus Dominorum Priorum d. bene fideliter et sine
fraude eorum offitia exercendo. Predictis autem bayulis et
preconibus in citationibus et bannimentis eorum relationib;
plenam uolumus fidem adhiberi. Teneanturq; nro Potestati
et eius offitialibus ac etiam Dominis Prioribus in concernen
tibus eorum offitia uidelicet dicti precones facere oia et sin
gula bannimenta eis iniuncta per nostrum Potestatem
eiusq; offitiales et Dominos Priores et alios offitiales nri
comunis de spectantibus ad eorum offitia in ciuilibus et
criminalibus causis. damnorum datorum et alijs quibuscunq;
de causis. Et quod per eos bannitum fuerit siue citando,
siue prohibendo. uel poenam imponendo. uel ali quomodocunq;

faciendo valeat et teneat. ac si quocunque alio modo legitime factum esset vel fieri posset. que bannimenta fieri debeant in locis publicis et hactenus consuetis in nostra terra. Offitium autem dictorum baiulorum sit in citando quoscunque citandos, et referendo, in tenutas dando, executiones faciendo. in precipiendo ex parte nostrorum potestatis et offitialium prout eis fuerit iniunctum. et eorum citationes valeant in civilibus causis etiam absque alia commissione. In criminalibus autem non nisi de commissione aliter appareat. Dicti autem baiuli non possint pro aliquo pignore vel tenuta capienda domum aliquam aperire seu intrare sine presentia habitatoris vel alicuius de eius familia. vel saltem in presentia unius testis poena .xx. sol. pro quolibet et vice qualibet incurrenda. Non liceat ac dictis baiulis subsistentibus aliis rebus mobilibus vel se moventibus ad debitum sufficientibus accipere pro pignore vel tenuta pannos de lecto vel arma sub poena predicta. Teneanturque omnia et singula pignora ex quacunque causa accepta bene et secure custodire et retinere et nemini reddere sine licentia eius. ad cuius petitionem fuerint accepta, vel potestatis et offitialium, ex quocunque

XIVv

mandato capta fuerint; nec etiam ea in proprios usus conuer-
tere sub dicta poena; et ad emendam amissionis et deteriora-
tionis ipsorum pignorum compellantur. Debeantque esse diligen-
tes in faciendo executiones eis cõmissas sine aliqua mora. Sa-
larium autem dictorum baiulorum et preconum sit prout
fuerit inter eos et cõmune conuentum. Et pro citationibus
bãnimentis et alijs seruitijs per eos nostro cõmuni imponen-
dis nil alterius petere aut recipere valeant. A particulari-
bus autem personis mercedem recipiant modo infrascripto
videlicet. pro qualibet executione seu pignore, facto intus
terram denarios quatuor. extra autem solidum unum. Et
predicta locum sibi vendicare volumus. quando ipse baiulus
solus sine alio offitiale vel executore executionem face-
ret. Si autem cum Vicario aut alio nrõ offitiale incede-
ret, ultra quatuor denarios ut supra tam intus quam extra
terram accipere non valeant pro quolibet pignore. Si autem
cum alio offitiale alterius Curie, incederet. nil consequi
valeat. Si autem baiuli in aliquo premissorum contrafe-
cerint. ipso facto poenam. XX. sol. incurrant pro quolibet
et vice qualibet, et dupli eius, quod indebite acceperint.

restituere compellantur. Precones autem recipere valeant pro
singulo bannimento ad instantiam particularium personarum
per eos fiendo solidos duos. Decernimus autem quod omnes electio-
nes fiendas per nostrum comune de quibuscumque officialibus
deferri et presentari eis non valeant nisi per ipsos precones
etiam si dicti electi in hac nostra terra morarentur, poena dominis
Prioribus et Cancellario contrafacientibus .x. libr. den. pro quolibet
infligenda et comuni applicanda, nisi in casum, quo dicti
precones renuerent, vel alio iusto impedimento detenti
eas deferre non possent: habeantque pro eorum mercede
quolibet die accessus more et reditus solidos sexdecim, si electio
non fuerit acceptata: si autem acceptata extiterit, nisi a nostro
comuni consequi valeant. Volumus etiam quod dicti precones
debeant singulis diebus festivis associare dominos Priores
ad Ecclesias seu alibi, quotiens collegialiter ire contigerit, poe-
na .x. sol. pro quolibet et vice qualibet. Teneanturque etiam in
occurrentibus necessitatibus ad mandatum dominorum Priorum
vocare homines de Comitia vel alios cives prout eis fuerit iniun-
ctum sine mercede aliqua. Nec possint dicti baiuli et
precones se absentare a dicta terra et eius territorio sine

XVv

expressa licentia Dominorum Priorum saltem duarum partium ipsorum ex tribus sub poena .xx. sol. pro quolibet et die qualibet qua fuerint absentes. Statuentes etiam quod si dicti Baiuli quomodocumque negligentes extiterint vel delinquentes in eorum offitio arbitrio nostri Potestatis, salvis tamen casibus supra expressis, mulctari et puniri valeant, eos etiam carcerando vel aliter corrigendo, prout ei videbitur.

De iuramento Potestatis et offitialium. Rub. XIIII.

Rector seu Potestas noster priusquam eius offitium exercere incipiat, coram Dominis Prioribus et Canc.° solemne prestare debeat iuramentum; quod suum offitium bona fide et sine fraude exercebit, odio, amore, timore, prece, pretio ab eo remotis. Manutenebit etiam nostram Terram in fidelitate et obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae ac Summi Pont. et Dominorum nostrorum. Iura, libertates, franchitias, immunitates, et privilegia dictae Terrae pro posse defendere, nec opprimi sinet. Ministrabit et ministrari curabit ius et iustitiam favorabilem Talegiis et aliis

pijs locis, viduis, orphanis, pupillis et alijs miserabilibus personis, ac pro eis petentibus. et generaliter unicuique nostro terrigene aut forensi. Sedebit ad bancum iuris pro tribunali sibi deputatum qualibet die iuridica semel saltem in die de mane ius et iustitiam petentibus reddi[...]. Processus civiles et criminales et mixtos infra tempus a statutis prefixum expediet. Pro executionibus condemnationum iam latarum per eius in offitio precessores vel suo tempore ferendarum nil recipere possit. et gratis facere teneatur; et dationarum et aliorum introituum nostri communis requisitus executionem faciet ac fieri faciet: et pro eius executione bononenos duos pro quolibet floreno habere debeat. et non ultra. et ab uno floreno infra executionem pro rata recipere debeat. Statuta. reformationes. capitula et alia ordinamenta nostri communis tam facta. quam fienda observabit. et ab alijs observari faciet. In fine sui offitij ad sindicatum cum suis offitialibus et familia stabit, ~~iuxta~~ formam sue electionis et nostrorum continentiam statutorum. Et generaliter omnia alia et singula faciet

offitium potestatis

et obseruabit, ad que ex forma dicte sue electionis et capitulorum et nostrorum statutorum ac reformationum tenebitur, et antequam ad offitium recipiatur, debeat ostendere et secum ferre fidem solutionis sacarum Dominorum Priorum secretariorum Apostolicorum, et pariter archebusium cum suis fornimentis ualoris unius scuti; et si Domini Priores ipsum Potestatem ad offitium admiserint, incidant in poenam .xl. libr. den. pro quolibet nostro communi applicandam.

De iuramento Cancellarij et eius offitio. Rub. XV.

Cancellarius nostri communis priusquam exercere incipiat iurabit coram Dominis Prioribus de bene fideliter et sine fraude aliqua eius offitium exercendo et de omnia obseruando ad que ex forma nostrorum statutorum et secundum tenorem sue electionis et capitulorum tenetur. Eius autem offitium sit in scribendo et annotando quascunque reformationes, introitus et exitus nostri communis, rogitus, instrumenta, electiones, et capitula quorumcunque

nostrorum offitialium, lr̃as missiuas et rusivas, bullectinos cuiuscumque generis, et alias quascumque scripturas ad nostrum cõmune pertinentes et eius offitio incumbentes sine premio et mercede aliqua. Teneatur etiam quoties necessitas imminebit pro nostro cõmuni ire pro ambasiatore quocumque opus fuerit sine salario, sed tantum expensas victus pro se et equo expensis cõmunis conducendo a nostro cõmuni consequatur. Debeat etiam comitari seu associare dominos Priores quocumque ipsi collegialr̃ accesserint. Retinebit autem diligenter et conservabit oẽs et singulos libros alborum vel eorum Potatum, ac etiam insilzas, copias processuum, lr̃as et alias scripturas als retineri solitas in cancellaria nostri cõis. Credentias etiam sibi impositas vel que fuerint sub silentio retinende pro bono statu nostre terre, et pace et quiete oium retinere et nemini propalare. Et generalr̃ omnia alia faciet, ad que ex forma sue electionis et nostrorum statutorum tenetur, et maxime solvere taxas Rigr secretariorum Apticorum, prout rata tangit. Debeatque continue residere in Cancellaria nostri cõmunis ad hoc ut in occurrentibus negocijs nostro cõmuni semper adsit, et eius copia ab omnibus haberi possit. Facereque debeat omnibus petentibus copiam

videndi, legendi et copiandi omnes et singulas scripturas in dicta Cancellaria existentes, et ad ipsum petentem pertinentes et spectantes, dummodo de ipsa cancellaria non extrahantur. Nec possit dictus Cancellarius bullectinum aliquem solutionis facere, nisi hoc de voluntate duarum partium ex tribus Dominorum Priorum processerit. Et si dictus Cancellarius in aliquo predictorum contrafecerit, penam centum solidorum incurrat pro qualibet vice.

De iuramento Camerarij et eius offitio ac salario. Rub. XVI.

Camerarius nostri communis priusquam exercere offitium incipiat, solemne prestare debeat iuramentum de bene, fideliter et sine aliqua fraude eius offitium exercendo, et de observando omnia, ad que ex forma statutorum tenetur. Versetur autem eius offitium in exigendo et recipiendo omnes et singulas pecuniarum summas nostro communi debitas quacunque ex causa, nisi de aliquo speciali introitu dicti communis aliter per Dominos Priores et Consilium cerniter pro necessitatibus imminentibus disponeretur. Item in solvendo et satisfaciendo debitoribus nostri communis habentibus bullectinum manu nostri Cancellarij et sigillo communis signatum, et aliter de pecunijs nostri communis

aliquid solvere non debeat. Ostendentibus autem et offerentibus dictum bullectinum teneatur idem Camerarius statim solvere quantitatem in ipso bullectino contentam, alias ipso facto incurrat poenam .x. libr. den. nisi ostenderit in eius introitu non superesse tantum, quod satisfactionem dicti bullectini sufficiat. Et similiter teneatur dictus Camerarius solvere dno Thesaurario recipienti pro Camera Aplica debitas taleas et etiam Depositario Dominorum nrorum censum suo loco et tempore congruo proprijs suis expensis accessus more et reditus. Alias si ratione retardate solutionis per eum dictarum talearum et census et etiam aliorum debitorum dicti comunis de quibus debiti forent sibi exhibiti bullectini contingeret aliquem executorem contra nostrum comune trasmitti et aliquod damnum et interesse pati, id totum dictus Camerarius teneatur de facto atque alio iudicio nro comuni reficere et resarcire. Teneatur etiam dictus Camerarius cuilibet solventi apocam de recepto facere, seu in libro solventis solutionem ipsam annotare, et eius scripture contra eum plena fides adhibeatur. Nec possit aliquid contra debitum recipere vel exigere. alias in duplum eius, quod reciperet

debitori restituere compellatur. et in .X. libris den. pro qualibet vice nostro communi condẽetur. Et quia omnis labor optat premium, volumus quod offitium Camerarij per duos menses durare debeat. et pro eius salario ac mercede habeat carolenos quinque.

De iuramento Sindicorum et eorum offitio. Rub. XVII.

Sindici nostri communis teneantur in principio eorum offitij in manibus Dominorum Priorum iurare de eorum offitio bene, recte fideliter. et sine dolo et fraude aliqua gerendo et exercendo. Eorum autem offitium verseturi in gubernando. administrando, protegendo. conservando. et defendendo res. bona. iura. privilegia, et immunitates quascunque nostri cõmunis. Debeant etiam vacare circa manutentionem. aptationem. et restaurationem utriusque Palatij, ac etiam Molendinorum. Follarum. et aliarum domorum nostri communis. itaque ex aliquo defectu non ruant. Alias dicti Sindici ad interesse nostri cõis teneantur. et poenam .X. libr. incurrant. Teneantur etiam semel in anno una cum Cancellario et duobus testibus fines nostri territorij circum circa requirere. revidere, coramque possessionẽ continuare

de quibus idem Cancellarius instrumentum publicum conficere de-
beat et illud describere in uno libro ordinario reformationum, poe-
na ipsis Sindicis et Cancellario predicta non observantibus .xxv.
libr. den. pro quolibet et vice qualibet. Teneantur etiam saltem
bis in mense et pluries si dominis Prioribus videbitur expe-
dire monstram et requisitionem facere nostro Potestati de eius
offitialibus et familia, et de deficientibus cum rogatione nostri
Cancellarij sibi annotationem et puntaturas facere. et eas
tempore sindicatus ipsis sindicatoribus exhibere et super his
querelam proponere, poena dictis Sindicis centum sol. quoties
contravenerint, et nihilominus ad interesse nostri communis
teneantur. Debeant etiam assistere in quibuscumque Conciliis et
parlamentis et ibidem Potestati, Prioribus et Consiliarijs pro-
testari et inhibere de aliquid non proponendo, arengando, et
reformando, quod tendat contra voluntatem nostri communis
et sit contra formam nostrorum statutorum, poena .xx.
sol. quoties predicta non observaverint de facto solvenda.
Teneantur etiam sub poena .x. libr. petitionem generalem
ac specialem, si viderint expedire, contra nostrum Pote-
statem eiusque offitiales et familiam in eorum sindicatu facere
et coram sindicatoribus exhibere, et super eis insistere

prout expediens fuerit. Item teneantur inventarium conficere et confici facere de omnibus rebus mobilibus nostri comunis existentibus in Palatio residentiei Potestatis et offitialium forensium. Et in fine eorum officij eas recipere. Et si quae deficerent vel devastatae forent, curare quod a dictis offitialibus restituantur vel emendentur poena quadraginta solidorum. Debeant etiam dicti Sindici esse diligentes et solliciti in non permittendo stratas, vias et alia bona comunis ab alijs occupari, sed occupatas curare ut relaxentur. Supradicti etiam Sindici presentis legis auctoritate sint et esse intelligantur veri, legitimi et idonei Sindici nostri communis cum pleno mandato ad quascumque lites et causas civiles et criminales vel mixtas ad nostrum comune spectantes et pertinentes in agendo et defendendo cum quibuscumque personis, Universitatibus, collegijs publicis et privatis, ecclesiasticis vel secularibus, et coram quibuscumque Iudicibus ordinarijs vel delegatis agere et defendere, et cetera alia facere, quae quilibet legitimus Sindicus cum pleno et libero mandato ordinatus ad lites et causas facere posset. Et generaliter dicti Sindici omnia et singula agere et gerere possint, ad quae tam ex forma Statutorum nostrorum, quam

etiam consuetudini saltem observata tenentur. Debeant denique in fine eorum offitij rationem de gestis et neglectis per eos reddere coram rationatoribus sibi deputandis per nostros Priores videlicet uno de quolibet quarterio. Et reliqua nomi(ne) Sindicis successoribus consignare infra octo dies post dictam rationem redditam sub poena centum sol(idorum). si secus fecerint.

De ratione reddenda a quibuscunque administratoribus. Rub. XVIII.

Decet unumquemque villicationis suae rationem reddere. Ideo statuimus quod Camerarius, et quilibet alius exactor et administrator bonorum et rerum nostri communis teneatur rationem administrationis reddere statim finito eius offitio. modo et ordine infrascripto videlicet, quod Priores pro tempore existentes in ultimo mense offitij predictorum debeant eligere et deputare duos bonos et idoneos viros ad revidendum et calculandum computum et rationem predictorum et cuiuslibet eorum. Qui rationatores debeant in manibus Priorum iurare de eorum offitio bene, fideliter et sine fraude aliqua gerendo, et demum infra decem dies a die finiti offitij prenominatos seu alicuius ipsorum, cuius ratio erit revidenda, debeant revidisse calculasse diligenter rationem, condemnando vel absolvendo

talem exactorem uel administratorem, prout facti qualitas exegerit. Cancellarius autem noster ita se habeat diligenter, qui sine offitij predictorum descriptos habeat libros introitus et exitus talis Camerarij et alterius cuiuscumque administratoris, et eos tradat et assignet dictis rationatoribus sub poena predicta. Calculata denique et reuisa eorum ratione, si contigerit eos uel aliquem ipsorum condemnari nostro communi in aliquo, teneatur illud infra terminum .x. dierum a die condemnationis computandorum soluere et satisfacere nostro comuni sub iam dicta poena ut supra. Et nihilominus reali et personali et de facto soluere compellatur id totum, in quo fuerit condemnatus. Salarium autem supradictorum rationatores sit .x. sol. pro quolibet. Volumus autem quod unus ex eis sit Notarius, qui sententiam scribat, eam annotando in libro sententiarum nostri comunis, et pro ea et eius labore, ultra salarium supra constitutum nil habere debeat. Nec ad offitium predictum eligi uel assumi debeat consanguineus uel affinis usque in tertium gradum eius, cuius ratio foret reuidenda, nec alius eius domesticus, poena .x. libr. den. tam eligentibus quam electo infligenda pro medietate et alia medietate nostro comuni applicanda.

De officio Legatorum seu oratorum et eorum salario. Rub. xix.

Statuimus etiam atque decernimus, quod imminente necessitate nostro comuni oratores transmittendi ad aliquem superiorem, dominum, civitatem, universitatem, collegium vel alium quemvis, tunc eorum destinatio seu deliberatio transmittendi fieri debeat per consilium generale, si extra provinciam esset fienda transmissio. Si autem intra provinciam per Consilium comunitatis. Qua deliberatione facta, si in ipsis consiliis electio facta non fuerit, ipsi Priores eligere et deputare valeant unum vel plures oratores iuxta deliberationem factam. Eorum autem officium sit in habendis se prudenter, bene, fideliter et diligenter circa ea, que eis fuerint commissa, ipsaque explicando eis iniuncta, verbis, quibus magis potuerunt, orationibus. Teneanturque secum deferre has credentias nostri comunis, ac etiam memoriale, in quo sigillatim negotia per eum explicanda fuerint annotata manu nostri Cancellarii scriptum et sigillo nostri comunis munitum. Et super contentis in eo tantum eius versetur offitium Legationis et non super aliis. Adeo quod fines sui mandati quomodolibet non excedat in plus vel minus in substantia.

XXIv

Liber primus.

Nec tempore sue legationis quicquam pro se vel pro aliis agere aut tractare possint vigore dictarum literarum credentie. Quod si secus fecerint in predictis vel aliquo predictorum poenam x. libr. ipso facto incurrant pro quote et solvere compellantur et talis transgressio in generali Consilio propaletur. et ab officiis et beneficiis omnibus nostri comunis sit et esse intelligatur omnino exclusus. Salarium autem dictorum oratorum seu Ambasiatorum tale esse decernimus videlicet. Si orator iturus erit eques usque ad. X. milliaria pro suo salario die quolibet Anconitanos sex consequatur. si vero usque ad viginti, Anconitanos octo. A XX. vero usque ad L. Anconitanos novem. A quinquaginta autem supra quantacumque fuerit itineris longitudo. Anconitanos duodecim quolibet die pro se et equo habere debeat. Si autem pedes ordinaverit. et usque ad. X. miliaria Anconitanos quatuor. a X. autem usque ad XX. Anconitanos quinque. Abinde vero supra. Anconitanos sex consequatur et non ultra. Pro famulo autem, quem Ambasiator duxerit, salarium consequi debeat, prout per dominos Priores ordinatum fuerit.

De debitoribus nostri communis. Rub. XX.

Item statuimus, quod nullus debitor nostri communis ex quacunque causa praeterquam ex causa datiarum et collectarum per commune impositarum possit eligi vel assumi ad aliquod offitium nostri communis, nec gaudere aliquo honore, commodo, benefitio et immunitate dicti communis, donec vere et cum effectu solverit, alias ipsius electio et assumptio sit ipso iure nullam, et is, qui offitium seu honorem acceptaverit, seu se in eo quomodolibet ingesserit, poenam quinquaginta libr. ipso facto incurrat. Teneantur quoque Cancellarius, Camerarius et Sindicus nostri communis, qui de dicto debito scientiam habuerit, tempore assumptionis dicti offitii propalare dominis Prioribus, et protestari, ne assumatur, poena cuilibet ipsorum contrafacienti xl. sol. et nihilominus talis assumptus ab offitio removeatur. Teneaturque noster Potestas et ceteri eius offitiales ad petitionem cuiuscunque petentis, et etiam ex offitio perquirere et investigare dictos debitores et ipsis repertis et cuilibet eorum praecipere, ut infra terminum eius arbitrio statuendum, qui tamen .x. dies non excedat, debeant solvisse, restituisse.

et reassignasse dicto communi seu eius ministeri omne id et totum, ad quod ipsi communi teneretur, sub poena l. liber. den. et minore pro ut eidem Potestati videbitur, inspecta dei qualitate et conditione persone. quo termino elapso contrafaciens ipso iure dictam poenam incurrat et solvere compellatur. et nihilominus reali et personaliter cogatur ad debiti satisfactionem.

De officio Notarij pese nostri cōis. Rub. XXI.

Ordinamus atque statuimus, quod in generali nostro Consilio fiat electio, nominatio ac deputatio officialium pese nri cōis, que electio fieri debeat de Notarijs terre nostre et alijs ad dictum officium idoneis, qui fuerint in dicto Consilio reprobati. Eorum autem officium sit in ponderando omne genus frumenti, quod ad molendina nostri cōmunis portaretur ad molendum; et etiam in reponderando farinā, que ex ipsis molendinis reportaretur, et utrumque pōdus diligenter annotando et in faciendo bullectas more solito. Volumus autem, ut nomina omnium, qui fuerint ad dictum officium electi, singulariter in cartulis describantur

et demum imbussulentur. et singulis duobus mensibus una ex dictis cartetijs extrahatur, et cuius sors exierit. ille sit officialis dicte pese pro dictis duobus mensibus. Offitium autem dictorum officialium duret tantum per duos menses ut supra. quo tempore finito alius extrahat donec dicta bussula duraverit: qua finita alia renovetur modo et forma ut supra. Teneantur autem dictus offitialis antequam offitium exercere incipiat in manibus dominorum Priorum solemne prestare iuramentum de bene. fideliter et sine fraude aliqua dictum offitium gerendo. Qui si minus fideliter se gessisse vel fraudem commisisse in dicto suo offitio fuerit comperetus, poenam centum libr. den. ipso facto incurrat. et nihilominus a dicto offitio removeatur, et de cetero ad illud non admittatur. sed sit in perpetuum exclusus. Salarium autem dicti offitialis sit duorum florenorum quolibet mense. Debeat etiam dictus officialis continue residere in solita pesa dicti comunis tempore quo homines accedunt vel accedere licite possunt ad molendinum, ad dicta molendina. videlicet ab ortu solis usque ad occasum, et inde non discedere sub poena. xx.

sol. pro qualibet vice, qua fuerit absens, cuius quarta pars sit offitialis inuenientis vel executionem facientis. Debeat etiam curare, ut emende retineantur in dcta pesca continue iuxta formam alterius nostri Statuti sub Rub. de Molarijs, vel saltem eisdem molarijs denuntiare sub poena in dcto statuto contenta.

De electione Vialium et Aestimatorum et eorum offitio. Rub. XXII.

Viales et estimatores singulis annis creari decernimus per Dominos Priores in Kl. Ianuarij, et eorum offitium duret per annum tantum, videlicet duos viales et duos estimatores de quolibet quarterio. Vialium autem offitium versetur circa reaptationem viarum et stratarum nostri communis intus et extra terram, et earum verum terminationem, et in procurando quod vie et strate nostri cois occupate relaxentur et deuastate reaptentur per vicinos. Arbitriumque habeant conuocandi conuicinos et poenam imponendi contra inobedientes usque in quantitatem .x. sol. ipsamque poenam conuertendi in aptationem dictarum viarum et stratarum. Debeantque offitiales nostri communis quoties fuerint ab eis requisiti, ipsis vialibus omnem opportunum fauorem prestare, poena .x. libr. den. Volumus autem quod terminationes

dictarum uiarum et stratarum per eos fiendae ualeant et tolli
non possint, dummodo facti fuerint uocatis uocandis. Siquis
autem extraxerit terminos per eos immissos incurrat poenam
xx. libr. et praesumatur is extraxisse, qui iuxta dictam
uiam ab eodem latere terram possideat. maxime si contentio-
nem aliquam habuerit super dicta uia et eius confinibus.
Et ita se habeant diligenter dicti uiales in aptatione dictarum
uiarum, ut ex earum deuastatione communitas nullum dā-
num ab offitialibus curiae generalis patiatur. alias de suo
proprio ipse uialis, cuius negligentia id contigerit, resarci-
re nostro communi teneatur. Aestimatores autem teneantur
estimare omnia et singula damna illata prout sit cum bestiis
in sua contrata, et debeant ambo estimare. et unus alteri
uices suas cōmittere non ualeat. alias estimatio non teneat.
Mercedem autem consequantur ab eis conducentibus per eos
labore arbitrio nostri Potestatis moderanda. attenta loci
distantia et dāni qualitate mox eis refitienda ab inferen-
tibus damnum sine aliqua mora. Teneantur autem super
relatione per eos fienda circa damni estimationem iurare
de bene, recte, et fideliter estimando. alias estimatio non ualeat.
Teneantur etiam et debeant dicti Viarij ire ad requisitionem

petentis ad terminandum et terminos immittendum, et termini per eos immissi habeantur pro ueris et iustis terminis, et pro eorum mercede ac labore bononenum unum à partibus consequi debeant, si citra flumen immissi fuerit, si autem extra bononenos duos habere debeant.

De Ianitoribus seu Portanarijs communis. Rub. XXIII.

Item statuimus, quod in nostro generali Consilio eligantur Ianitores seu Portanarij, qui habeant claues portarum nostrae terrae retinere, nec eligi ualeant, nisi bona stabilia in districtu nostrae Terrae possideant saltem ualorem centum flororenorum excedentia. Teneanturque tempore, quo sibi claues traduntur iurare de bene, fideliter et sine fraude eius offitium exercendo, et super hoc idoneos prestare fideiussores pro libris saltem mille den. Eorum autem offitium sit in aperiendo et claudendo ipsas portas horis congruis, uidelicet aperiendo de mane post clarificationem diei, et de claudendo de sero in primo sono campanae communis, quae pulsatur post laudes, tempore quo ceperint noctis tenebre, et interim alicui non aperire nisi saltem duobus uicinis presentibus. Et debeant ipsas claues

penes se continue retinere, et alteri non tradere sub poena xxv. libr. den. nisi ex aliqua rationabili causa seu necessitate aut suspitione superveniente aliud per dominos Priores seu Consilium fuerit ordinatum. Salarium autem dicti Portarij consequantur prout inter eos et communitatem fuerit conventum. et nil ulterius ab ipso communi seu à particularibus hominibus dicte terre pro ipsis portis aperiendis consequantur. Portanarius autem qui in predicto tempore non retinuerit portam sibi cõmissam clausam cum clavibus poenam .xx. sol. incurrat ipso facto. cuius quartam partem offitiali invenienti concedimus

De tregua et pace. Rub. xxIIII.

Ciuiles dissensiones satis nostrę reipublicę perniciosas arbitrantes et ex privatorum odio quietem publicam sepenumero perturbari invenientes. Statuimus quod singulis annis in nostro generali Consilio eligantur quatuor viri de magis idoneis et dignioribus videlicet unus de quolibet quarterio, quorum offitium sit in obviando futuris scandalis, ac etiam in pacificando. et ad pacem reducendo quoscunque odiosos et inimicos quocunque tempore maxime quadragesimali una cum nostro Potestate et dominis Prioribus. Decernimus etiam, quod quoties contigerit aliquod odium, inimicitias,

viam vel offensionem dicto vel facto inter aliquos exoriri
ex qua de aliquo futuro scandalo verisimiliter timeretur,
quod nostri Potestatis arbitrio remittimus. tunc Potestas
ad instantiam cuiuscunque petentis. et etiam ex mero eius
officio personaliter cogat in palatio partes discordes, odiosas
et inimicas ad se ipsas obligandum cum iuramento. et obliga-
tione bonorum, ac etiam cum idoneis fideiussoribus. quod una
pars eiusque consanguinei et affines usque in tertium gradum secundum
computationem iuris canonici non offendet nec offendi faciet
alteram partem eiusque consanguineos et affines usque in dictum
gradum sub poena centum florenorum pro parte Camerae Do-
minorum nostrorum et pro parte nostro communi applicanda,
ac etiam maiore, prout inimicitiarum qualitas expostulabit,
quod similiter ipsius Potestatis arbitrio reservamus. Duretque
tregua seu obligatio toto durante officio ipsius Potestatis
et per quindecim dies post sui successoris adventum. nisi ali-
ud fuerit in stipulatione expressum. Et stipulatio etiam
simpliciter concepta ut supra valeat et teneat. quamvis fuerit
de alieno facto, et quamvis etiam notarius stipulatus non fuerit
nomine Camerae Dominorum et nostri communis. perinde ac si

nomine dictarum Comercium stipulatus fuerit. Et antequã
tempus dicte treguae labatur, teneantur ipse partes ipsam tre-
guam reafirmare modo et forma ut supra, donec pax inter ip-
sas partes fuerit subsecuta. Decernentes treguam pmissam
non censeri fractam seu ruptam ~~et similiter ipsam pacem ex~~
nova superveniente causa. Item per verba iniuriosa, iniuria
sine armis, et rixis mulierum, ac minorum quatuordecim annis.
Et ad predicta cogantur ipsi principales offendentes et offe-
si seu inimici. Et si aliqua ex dictis partibus non esset sup-
posita iurisdictioni nostri Potestatis et eius mandato in pre-
missis adimplere recusaret, vel nollet. ut non posset eius iu-
risdictioni se subijcere, vel alr latitaret seu absentaret, tunc
Potestas cogere possit proximiores consanguineos. et demum
affines usq. in tertium gradum inclusive dicti non subiecti ut
recusantis. seu latentis ut se absentantis ad pmittendũ
et se obligandum cum idoneis fideiussoribus, q dictus eorum
consanguineus vel affinis nõ offendet nec offendi faciet
perse. et eius consanguineos et affines usq. in tertium gradũ
alteram partem et eius consanguineos et affines usq. in dictũ
gradum ut supra. Et si per illum, pro quo facta fuerit
si qualr legitime probetr pfractorem dicte tregue. In pa-
vero presumatr nova causa; nisi contrarium legitime
probatum.

XXVIbis v

dicta promissio fuerit contrafactum vel in aliquo contraventum,
tunc pro executione poenae contentae primo procedatur contra
ipsum principalem contravenientem et eius bona, quae vo-
lumus ipso iure censeri obnoxia et obligata pro poena pre-
dicta. Et quoties principalis cogi non posset, vel eius bona
non sufficerent; tunc ipsi proximiores consanguinei se
obligantes eorumque fideiussores poenam incursam solvere
compellantur. Quibus ius et actionem concedimus sumarie
et de facto ab eis consequendi et recuperandi id totum, quod
pro eis contravenientibus solverint, et dãna et interesse,
quae pro his sustinuerint, etiam super eorundem bonis.
Et quoniam, ut experientia docet, convenire vicinantes
vel aliter inimici non absque maxima difficultate induci
ad huiusmodi treguas ineundas; ideo in premissis treguen-
dis nostro Potestati plenum et largum arbitrium, et liberam
potestatem et facultatem concedimus, cogendi, detinendi,
carcerandi, mulctandi, et puniendi quoscunque nolentes in
premissis eius mandatis parere, et de facto poenas ab eis
exigendi, quas modo infrascripto imponere valeat, videlicet

pro primo precepto libr. xxv. pro secundo L. pro tertio vero usque in centum libr. den. etiam una die diversis tamen horis. Possit etiam simul et semel dictam poenam centum librarum et maiorem imponere, etiam confinando ad certum tempus eius arbitrio statuendum, prout timor imminentis scandali suadebit. appellatione aliqua non obstante. Teneantque etiam nostri Priores eidem Potestati omnem favorem in premissis prestare una cum hominibus per eos deputandis. ad hoc ne partes ad arma deveniant. Et de instrumentis pacis et treguae rogetur noster Cancellarius. et rogitus remaneant in Cancellaria nostri communis. Et det copia petenti.

De observatione omnium statutorum. Rub. xxv.

Item statuimus et ordinamus, quod omnia et singula statuta in hoc presenti volumine descripta, perpetuo precise et inviolabiliter observentur et observari debeant lege canonica vel civili seu constitutione aliqua in contrarium non obstante. per nostrum Potestatem et alios officiales, ad quem seu quos pertinuerit, poena cuilibet ipsorum non observanti L. libr. den. de suo salario tempore sindicatus.

retinenda. et procedatur de similibus ad similia. et assimilatio fiat per dominos Potestatem et Priores. in casibus in quibus per aliquod ipsorum Statutorum nō reperiret̃ pena specialiter imposita uel determinata. Nec uolumus dictis statutis posse per nostrum Consilium derogari. nisi ad bussulas et pallutas partitum fuerit obtentum per tres partes de quatuor, utriusq; Consilij in casib; in quibus ex forma dictorum Statutorum derogatio non esset prohibita. Modifici tamen. Non possit nisi per superiorem prō aliquo derogari. Ideo. Et q; contra preter et ultra formā presentis statuti factum, deliberatum. reformatum et executum extiterit. nō ualeat ipso iure. et nullam sortiatur roboris firmitatem.

De officio socij militis nostri Potestatis. Rub. XXVI.

Statuimus q; socius miles nostri Potestatis iurisdictionē et cognitionem habeat causarum ciuilium non excedentium summam et ualorem unius floreni. usq; igitur ad dictum summam et non ultra cognoscere ualeat, etiam

summarie et de plano sine strepitu et figura iuditij sola facti veritate inspecta. Cuius etiam officium versetur in faciendo quibuscumque executionibus in civilibus et criminalibus causis et mulctis ac damnis datis. et etiam circa inventionem, cognitionem, et punitionem quorumcumque extraordinariorum. Teneaturque singulis diebus festivis de die et de nocte. et similiter in die veneris ire per nostram terram perquirendo et perscrutando pro deferentibus arma, non custodientibus ipsas festivitates. et alia crimina committentibus, poena .x. libr. den. Debeatque et copiam omnium suarum inventionum in extraordinariis in sequentem diem mittere ad Cameram nostri communis sub poena premissa, alias inventio sit nulla. et nihilominus teneatur de suo resarcire nostro communi. Teneatur etiam ad instantiam nostri communis et pro nostris Camerarijs et exactoribus facere quascumque executiones subsidiorum. datiarum. et aliorum quorumcumque debitorum communis, et pro cuius executione habeat et consequi possit bononenos duos pro quolibet floreno, et ab inde infra pro rata. Pro executionibus autem ad instantiam privatorum

personarum contra particulares personas nostra terra uel in
ea habitantes fiendi, tam intus, quam extra terram per
eius uillas et territorium ex suo officio in casibus, de quibus
cognitionem habet, uel ex commissione nostri Potestatis, seu
nostrorum superiorum, uel alterius cuiuscunque iudicis b
accipere ualeat ab ipsis debitoribus, contra quos fieret
executio, solidos duos pro quolibet floreno, pro eius mercede,
et ab uno floreno infra pro rata, et nil ulterius etiam
a debitoribus ultra soluentibus accipere ualeat sub poe-
na infrascripta. A creditoribus autem nil consequi ua-
leat. A forensibus autem debitoribus non habitantibus
Bitonij uel in eius districtu, contra quos executio fieret,
mercedem recipiat duplicatam. Decernimus autem quod
ipsum solum militem ad aliquam executionem procedi
non posse, nisi contra confessos in iudicio, et termino
eis prefixo ad soluendum elapso. Item et contra condem-
natos et alios, contra quos uigore publici instrumenti
fuisset in iudicio commissa executio, uel etiam uigore apoce
seu priuatae scripturae elapso tempore decem dierum ad as-
[illegible]ndum prefixo. Item et contra contumaces, de quibus

contumacia in actis constaret. et in contumacia foret contra ipsos commissa executio secundum formam nostrorũ statutorũ et hoc in casu, quo per nostros baiulos facta executione contra ipsos contumaces ut eorum bona. ex eorũ relatione constaret ipsos bayulos propter debitoris seu alterius de eius familia resistentiam ipsos baiulos non potuisse executionem facere. Item et contra debitores nostri cõmunis qui pro debitoribus fuerint sibi assignati per sindicos nostri communis uel nostros Priores seu per nostrum Camerarium uel alios exactores nostri communis. Item et contra suspectos de fuga. contra quos fuisset cõmissa executio, seruatis seruandis ex forma nostrorum statutorum. Alias autem et in alijs casibus, quam premissis, executio facta nõ ualeat. et retractari debeat. et mercedem aliquam ipse Sotius miles pro huiusmodi inualida executione habere non debeat. et ad interesse partis. contra quam facta foret executio teneatur. Teneatur etiam dictus sotius miles librum seu bastardellum conficere, in quo tam causas de quibus cognouerit, quam etiam inuentiones extraordinariorum et alia ad eius offitium spectantia debeat

annotare, dictumque librum in fine sui offitij reassignare dominis sindicatoribus, et de gestis reddere rationem. De petitionibus autem coram eo fiendis seu producendis et de iuramentis prestandis et alijs actis, preterquam de testium examinatione mercedem aliquam petere uel exigere non ualeat, nisi bononenum unum pro petitione, et pro qualibet teste bononenos duos. Si autem ipse miles in premissis uel aliquo premissorum contrafecerit poenam .x. libr. incurrat; et nihilominus quicquid contra formam premissam acceperit uel extorserit duplicatum restituere compellatur. Decernentes etiam, quod si quando contigerit nostrum Potestatem fore absentem a nostra terra, uel infirmitate, seu tali impedimento detentum, quod ius reddere non posset, ipse socius miles in premissis casibus eius uices gerat, et parem iurisdictionem ~~habeat~~, quam habet noster Potestas, et ualeat exercere in cognitione quarumcunque causarum tam ordinariarum, quam etiam delegatarum, preterquam in diffinitiuis sententijs uel uim diffinitiuarum habentibus proferendis.

De electione Notariorum causarum civilium et solutione cap. eor. Rub. XXVII.

Statuimus et ordinamus, quod ad offitium actorum civilium per dominos Priores imbussulentur omnes Notarij Pistorienses quilibet de per se, et ex bussula extrahantur duo ex eis, qui debeant per tempus sex mensium omnibus diebus iuridicis et in partibus statutis non prohibitis debeant sedere ad bancum iuris existens in palatio residentie domini Potestatis de mane pulsata campana communis et scribere et fideliter annotare petitiones, responsiones et alia quecunque iura, scripturas, instrumenta, et omnia acta, quae ad causas pertinuerint ac spectaverint, et illorum scripturis plena adhibeatur fides: et antequam eorum offitium exercere incipiant, iurare debeant in manibus dominorum Priorum seu Cancellarij nostri communis, de ipsorum offitio bene et fideliter exercendo: et pro eorum labore ac mercede scripturarum habere et recipere possint, pro productione petitionis seu libelli in scriptis bononenos duos, et similiter de omnibus

alijs scripturis. et pro inductione testium bononenum unum pro quolibet teste. et pro omnibus alijs actis bononenum unum pro quolibet actu. Item pro examine cuiuslibet testis sine capitulis bononenos quatuor. et cum capitulis bononenos sex; si autem cum capitulis et Interrogatorijs bononenos octo; quorum medietas sit domini Potestatis et alia Notarij scribentis. Item pro rogitu cuiuslibet sententie diffinitiue, bononenos quatuor. pro copia simplici actorum et petitionis et aliarum scripturarum nō excedentium faciem unam folij bononenos duos, et ab inde supra bononenum unum pro quallibet facie.

Notarij bancorum nō possint pro alijs procurare: exceptis parentibus et fratribus

Et Notarij ad dictum officium deputati; dicto officio durante nō ualeant pro alijs personis procurare. nisi pro parentibus et germanis fratribus. poena .X. libr. denariorum pro quolibet et aice qualibet. Insuper statuimus et ordinamus. quod in ciuilibus causis in contestatione litis soluantur capita solidorum in capsso comunis uidelicet ab actore quatrenos quatuor pro quolibet floreno. ut ualore rei petite; et predicta nō rendicent

cent sibi locum in repetitionibus dotium, salarijs, pro-
curatorum et advocatorum, et in legatis ad pias causas;
et idem servetur in partito iuramenti, in preceptis et pro-
nuntiatione sententie; et si aliter factum fuerit non
valeat ipso iure; et pecunie in dicto cippo solute sint
et esse debeant due tertie partes nostri cois, et reli-
qua domini Potestatis.

Potestas eiusq; officiales et famili non possint
durante officio se absentare à nrã Terra. Rub. XXVIII.

Statuimus etiam q; Potestas et alij eius officiales
et famuli non possint eorum durante officio se
absentare à nrã terra et eius territorio sine expres-
sa licentia nostrorum dominorum Priorum, qui
authoritatem habeant eis et cuilt ipsorum nõ tñ
omnibus simul et eodem tempore duratura absen-
tes, sed diverso et divisim licentiam concedendi
se absentandi per tres dies tantum, et non ultra.
A dicto autem tempore supra se absentare non

possint sine licentia Consilij cernitae. a quo per sex dies tantum licentia eis concedatur et concedi valeat, ut supra: et non ultra. Ab inde vero supra nõ nisi per generale Consilium licentiam consequi valeant, quae obtineri in eo saltem per quinque partes ex sex debeat; aliis non valeat; et habeat perinde ac si obtenta non fuerit. Si autem Potestas et eius officiales et familia aliter quam supra expressum est se absentaverit. seu absentes steterint, pro qualibet die non concessae licentiae, qua Potestas fuerit absens solidi: xl. de eius salario tempore sui sindicatus retineantur; pro qualibet vero die absentiae militis et aliorum officialium solidi: xx. pro quolibet autem famulorum solidi: x. similiter de dicto salario Potestatis retineantur, et a nostro comuni applicentur pro eius interesse. Decernentes, ut nostri Priores, Cancellarius et Sindicus teneant de dictis Potestate, officialibus et familia diligentem requisitionem facere tempore eorum absentiae; et etiam sub debitis

quolibet mense; et puntaturas de pecientibus seu absentibus facere et annotare; et fieri et annotari facere. Et ipsas dicti Cancellarius et Sindicus in fine offitij predictorum offitialium eorum Sindicatoribus tradere et portare; qui Sindicatores demum pro dictis puntaturis eosdem debeant condenare iuxta formam supra traditam. Si autem dicti Priores, Cancellarius et Sindicus in predictis vel aliquo predictorum contrafecerint poenam x. libr. pro quolibet incurrant: et dictas puntaturas de eorum proprio nostro comuni reficere teneantur.

De offitio Notarij damnorum datorum. Rub. XXIX.

Quilibet Potestas teneatur in principio sui offitij secum ducere et retinere continuo in hac nostra terra unum idoneum et expertum offitialem damnorum datorum, qui teneatur etiam in principio sui offitij iurare de bene fideliter et sine fraude aliqua eius offitium exercere et maxime de nullis compositionibus faciendis cum aliquo aut terrigena aut forense. Qui offitialis teneatur die ac noctuque diligenter inquirere per damnum

dantibus in possessionibus alienis personaliter ut cum animalibus. Ac etiam contra non custodientes festiuitates secundum formam nostrorum statutorum. eiusque inuentionibus plena adhibeatur fides. Teneatur autem ipse officialis copiam quarumcumque suarum inuentionum ad Cameram nostri communis transmittere per totam sequentem diem post factam inuentionem. aliter inuentio sit nulla. et officialis poenam .x. libr. incurrat pro qualibet inuentione, et ad interesse nostri communis et particularis teneatur. Possitque de facto etiam absque aliquo processu procedere ad exactionem poene condemnum dantes et festiuitates non custodientes. dummodo eius commissione prius citentur inuenti uel domini animalium inuentorum dare damnum. et cum termino quinque dierum ad faciendum eorum defensiones; in quo si non comparuerint, uel terminis non attulerint defensiones, ad soluendum compellantur ut supra. et ad emendationem damni domino patienti: et quartam partem lucretur poenarum, quas eum effectu in communi fuerit deuenire ex suis inuentionibus citra flumen

citra seu trans flumen tertiam partem lucretur.

De modo et forma seruanda in locationib. et uendi-
tionibus prouentuum co(mmun)is. Rub. xxx.

Locationes. uenditiones, concessiones gabbellarum, peda-
giorum, datiorum. et fructuum quorumcumque nostri
co(mmun)is fieri decernimus quolibet anno ex deliberatione
generalis Concilij. etiam tras[?] ad(?) p(ro)lus offeren-
tibus cum idoneis fideiussoribus; qui auctoritate
p(rese)ntis statuti absque aliqua excussione fienda de
principali de facto cogi ualeat. concedentes
eis facultatem similem de facto recuperandi ab
eorum principalib. quicquid pro eis soluerint. cum
da(m)nis et interesse absque aliquo inditio. Decernentes
ipsas locationes seu uenditiones censeri facta(s)
o(mn)i ipsorum conductorum seu emptorum periculo
et fortuna et pesti et guerre, ac etiam sterilita-
tis et cuiuscumque alterius casus fortuiti soliti ut
insoliti: qui Conductores teneant(ur) in q(ui)bus d(ic)t(is)

-rere

mensibus ratam earum portionum seu datij solvere nostro Camerario: alis ad interesse et expensas exe-cutoris. qui pro talibus veniret et pro rata nō factae solutionis de facto teneatur contribuere.

Proemium secundi libri

Iure illo naturali primeuo, quo omnia inter mortales communia
habebantur Platone teste; qui ueteres illas Ciuitates ueste in-
stitutas, ac foelices fuisse dicebat, in quibus proprios quisque
nesciebat affectus; nullas agendi formas, nullumque Iuditiarij
ordinis remedium; utpote sumota litigiorum et discordiarum ma-
teria, penitus supernacuum, proditum fuisse comperimus. Mox
crescente in dies magis magisque hominum auaritia, coepissetque
pronomina ~~meum~~ meum et tuum per hominum ora uersa-
ri, hinc exortae lites, hinc iurgia, hinc innumerae et pene
inextricabiles questiones iugiter emanarunt. Quare opere
pretium fuit, ut actiones et ciuilia remedia per Iurecõsultos
et Principes adinuenirentur, quibus unicuique quod suum
esset, et consequi et tueri liceret. Super quo satis praeterea
a maioribus ipsis retitit Iuditiaria tela contexta, ut
ex sacris iuris utriusque tam Caesarei quam Pontificij uolu-
minibus clarissime percipi potest. Nos idcirco eorundem
maiorum nostrorum adherentes in [illegible] cupientes no-
stram hanc rempublicam sub Iuris et aequitatis metas sa-
lubriter gubernari, intendentesque litigijs obuiare

et litigantium dispendijs ac laboribus, quoad possumus, consu-
lere, explosa prolixitate ac obscuritate: longos difficilesque Iudi-
tiarij ordinis tractatus, ad breue clarumque huius secundi libri
compendium, qui de Iuditijs et ciuilibus causis inscribitur, per
has nostras municipales leges reducendos duximus. Et quo-
niam uniuscuiusque Iuditij instituendi principium ab ea
parte editi exoritur, quod Praetores de in ius uocando ~~de~~
edixerunt. Idcirco de citationibus ipsis, et modo et forma
in eis seruanda statuendorum initium faciemus.

De citationibus. Rub. 1

Statuimus igitur atque ordinamus, quod Baiuli et iurati nun-
tij nostri communis possint et ualeant ad cuiuscumque peti-
tionem in ciuilibus et criminalibus causis ciuiliter tamen
intentatis citare quascumque personas, collegium uel uniuer-
sitatem etiam absque aliqua Potestatis uel alterius officia-
lis commissione et causae expressione, et huiusmodi citatio-
nes plene ualeant et teneant, et iuris sortiantur effectum,
perinde ac si quaelibet ipsarum peremptorie et de Iudi-

cis vel alterius offitialis comissione et cum cause expressione
facta esset. Volumus tamen, quod citatio fiat una die pro altera
sequenti iuridica personaliter vel ad domum proprie habi-
tationis ipsius citandi. et due citationes domi facte suffi-
ciant pro una personaliter facta. Ac etiam sufficiat citatio
~~non~~ de mane eodem die fieri: dummodo quis personaliter citetur
antequam bancum pro illo mane ponatur. Et de commissione et cita-
tione huiusmodi relationi eiusdem Baiuli plenam decernimus
fidem adhibendam. Paremque fidem prestandam censemus
relationi alicuius Preconis nostri communis circa preconia
seu bannimenta per eum fienda de commissione seu mandato
dicti Potestatis seu suorum offitialium vel Dominorum Prio-
rum dicte Terre, vel ad instantiam alicuius privati: Ubi
autem ad petitionem alicuius desideraretur citari heres sub
hoc nomine appellativo heres. tunc super tali citatione
per Potestatem vel alium offitialem fiat in scriptis com-
missio: et Baiulus, cui committitur, secum cedulam citatio-
nis formam continentem ~~ff~~ deferat sigillo ipsius committen-
tis munitam, quam facta prius proclamatione citationis
de herede ad domum, in qua solitus erat habitare defun-
ctus, contra cuius heredem agi intenditur, dimittat in

quando citetur heredes

ostio dicte domus inf[er]am: itaq[ue] visibiliter a quocunq[ue] volente legi possit. In qua citatione si nemo pro tali herede comparuerit, per Baiulum ex comissione predicta ad dictam domum alta voce de dicto herede citatio fiat, et quelibet dictarum citationum fiat una die pro altera sequenti iuridica ut supra. Hec autem forma, quam de citandis heredibus tradimus, locum tantum sibi vendicet in ipsis citationibus, que in preludijs seu exordio cause fieri contingunt. In reliquis vero citationibus, que ad alios esse inter medios actus de hereditibus fierent, servetur forma supra in principio tradita. Insuper si persona citanda non haberet domum habitationis in dicta terra Deiboniy et eius territorio et districtu vel esset forensis in dicta terra non habitans, aut in eius districtu, per Bayulum ex comissione Potatis vel offitialis proclamando alta voce citatur, ad fenestras aut in scalis palatij residentie eiusdem Potestatis, exprimendo ad cuius petitionem fiat citatio, qua de causa, et ad quem actum, et nomen ipsius citati, que citatio similiter una die pro sequenti die iuridica fieri debeat.

quatr cit... forensis et ... vigent ... habi... tes

Ubi vero fieret de aliqua universitate, collegio vel arte, tunc sufficiat citari ipsorum Priores, Consules, sindicos vel alios primates una die, pro alia sequenti iuridica sine aliqua comissione ut supra. Et aliter facte citationes in civilibus causis vel criminalibus civiliter tamen intentatis non valeant et sint nulle penitus ipso iure. Et que sic predictarum citationum a dictis Baiulis facte pro legitimis et peremptoriis habeantur. Dicti autem baiuli competente recepta mercede quascumque citationes et relationes ad uniuscuiusque instantiam facere teneantur. Ac etiam quolibet die, quo ius reddit hora iuris ad bancum se presentare et relationes facere et permanere, poena eisdem contrafacientibus quoque tot. infligenda, et de facto persolvenda pro quolibet et qualibet vice. Item volumus quod si contingeret allegari eum fuisse et esse absentem a dicta terra et eius districtu, tunc prestito per Potestatem vel offitialem iuramento talia allegantis, quod ita sit, prefigatur eidem terminus octo dierum ad faciendum comparere principalem, et non ultra, etiam si allegaretur fuerit iusti impedimentum, vel alia iusta et rationabilis absentia

Statuimus, quod in causis ciuilibus uel in criminalibus ciuiliter
intentatis excedentibus summam et ualorem xxv. lib. non
summarijs uel extraordinarijs libellus seu petitio ab actore
reo citato uel in iuditio presente offeratur Potestati seu
Iudici. Eidemque reo trium dierum dilatio statuatur ad
opponendum quicquid uult et potest. per uiam exceptionis,
duplicationis, quatruplicationis, offitij Iudicis, uel alte-
rius cuiuscumque modi, tam contra personas actoris et Iudicis
seu Potestatis, quam etiam contra libellum seu petitionem. Et
hoc quando ipsi comparentes principales sunt. Si uero
principales non essent; sed Tutores, Curatores, sindici,
actores, procuratores, uel his similes, et negarentur esse
tales, quales se affirmant, uel contra eos copia mandati,
tutele uel cure, sindicatus, procurationis et similium hu-
iusmodi peteretur cum termino ad opponendum; tunc tali
affirmanti uel neganti et copiam petenti trium dierum
utilium ad producendum uel opponendum et probandum
et probatum habendum statuatur. Infra quem si nihil
opponatur producatur uel probetur, et nil opponatur
uel si opposita non obstarent, uel obstarent, et infra di-
ctum terminum probata non fuerint, legitime

causa, salvo semper dicto reo iure in integrum restitutioné petendi, quatenus sibi de iure competeret. si autem in dicto citationis termino reus comparuerit, uel nō comparue rit, procedat contra eum secundum formam aliorum nostrorum statutorum non obstante quacumque alia absentiæ allegatione.

De citationibus fiendis die feriata pro nō feriata Rub. II.

Item ~~quia~~ quia persæpe in dubium reuocari solet: an citatio facta die feriata etiam in honorem Dei: pro non feriata ualeat. Statuimus quod in quibuscumque causis citatio facta die qualitercumque feriata etiam in honorem Dei pro non feriata, ualeat et teneat, perinde ac si die iuridica et non feriata facta esset. Et idem iuris esse censemus in preconijs seu bannimentis per preconem cōmunis die feriata fiendis ad cuiuscumque instantiam quibuscumque non obstantibus.

De modo procedendi contra præsentes in ciuilibus causis Rub. III.

reicciantur persone pro alijs comparentes prout iuri conso-
num fuerit, singula singulis in premissis casibus congrue
referendo. Et semper talis persona sic reiecta in expensis
legitimis condemnetur etiam interloquendo. Quibus perso-
nis legitimatis statuatur parti rei comparentis di-
lenis terminus trium dierum. Quo elapso si pars rei ali-
quid opposuerit in termino, tunc parti actoris dilatio
trium dierum utilium prefigatur ad replicandum
et opponendum contra producta pro parte rei quod
uult et potest per uiam replicationis quatenus replicatio-
nis officij iudicis uel alterius cuiuscumque modi. Ubi autem
pars rei seu actoris in dilationibus premissis eis prefixis
opposuerint uel non opposuerint, ipsis dilationibus elap-
sis ulterior dilatio non detur; sed tantum terminus
partibus prefigatur duorum dierum ad iurandum de
calumnia et litem contestandum, in quo per partes
lis contestetur et de calumnia iuretur; et hoc per prin-
cipales si commode haberi possunt, alias sufficiat per
ipsos Procuratores. Et in ipsa litis contestatione
[illegible] capitula collidorum in ipso comunis uidelicet

quantitatis petite. seu valoris rei in petitione deducte
inter utramque partem. ad rationem quatrenorum quatuor
pro quolibet floreno; que solutio debeat per notarium
actuarium notari in libro actorum sub poena .x. libr.
et solvantur capita solidorum ab actore; et si soluta
non fuerint. acta efficiantur nulla. Et predicta locum
// non habeant in repetitionibus dotium. salarij pro-
curatorum et advocatorum, et in relictis ad pias ca-
usas et de quibus capita solidorum solvi non debeant. De- Et in sa-
cernentes dicta capita solidorum solvi modo et forma lario et
qua supra, tam in ordinarijs. quam etiam in summarijs et mercede
commissarijs causis tempore litis contestationis vel
habita pro contestata. Si autem in dicto termino ne-
utra partium comparuerit. vel una tantum; tunc
elapso dicto termino lis habeatur pro legitime con-
testata authoritate presentis statuti; et reus habea-
tur pro negante, si alias in iudicio confessus non fuit.
Volumus tamen, quod premissis peractis utrique parti presenti
vel uni presenti et alteri absenti dilatio octo dierum
utilium proxime subsequentium [illegible]
in ipso iure

et probatum habendum per omne genus et speciem probatio
nis etiam per instrumenta. et infra primos duos dies
utiles dicte dilationis utraque pars positiones et arti
culos debeat produxisse. et infra duos alios dies utiles
à die facte responsionis super positionibus. uel pro
ductionis articulorum, debeat interrogatoria produ
xisse. sed dicte parti absenti uel eius procuratori datâ
dilatiô octo dierum personaliter uel ad domum soli
te habitationis, ut ubi deberet citari. debeat per
Bazulum notificari. Testes autem recipiantur ad
iuramenta parte presente uel saltem monita seu
citata. Intelliganturque reseruata tempore iuramenti
omnes exceptiones contra personas testium competentes
etiam absque alia protestatione nominatim per partem
fienda. Deinceps publicentur testes et ipsorum dicta
et totus processus. et dilatiô trium dierum utilium
postea sequentium utrique parti statuatur ad opponendum
contra omnia et singula producta contra personas
testium ipsorumque dicta et totum processum. et oppo-
[...] [...]endum per omne

genus et speciem probationis etiam per instrumenta:
Dicti autem termini probatorij uel aliquis ipsorum nō
possint prorogari uel iterum dari ultra tres dies uti-
les. etiam si iustum fuerit allegatum impedimentum.
Successiue autem dilatio trium dierum utilium utriq;
parti ad allegandum statuatur. quo elapso sine alia
conclusione in causa sententia feratur. In causis at +
et differentijs predictis dicta pars actoris se habeat
diligenter, q. causa infra sexaginta dies utiles a die
contestationis litis uel habite pro contestata expe-
diatur; quod tempus sexaginta dierum metam instan-
tie huiusmodi causarum esse decernimus. Ipsisq; sexagin-
ta diebus elapsis dicta instantia sit ipso iure perempta
etiam absq; alia Iudicis pronuntiatione. seu declara-
tione; et actor ad refectionem expensarum in causa
factarum ipsi reo conuento compellatur. Et si stete-
rit per Potestatem uel Iudicem, quominus causa infra
dictum tempus instantie expediatur, in quinquagin-
ta lib. den. cōmuni condēnetur. Et nihilominus ad
dāna expensas et interesse actoris ipsius sacramento

declarandas absq; alia iudicis taxatione ipsi actori condẽnetur. Successor vero in offitio habeant quindecim dies utiles ultra residuum temporis dicte instantie ad expediendum dictam causam, alias similiter condemnetur; qui quindecim dies in casu predicto auctoritate p̃ntis statuti instantie predicte additi censeantur. Possint tamen ipse partes semel vel diversis vicibus in totum usq; ad viginti dies utiles de communi consensu tempus sue predicte instantie prorogare et non ultra. Et tempus instantie non currat, quo pars steterit ad respondendum positionibus. Et etiam testes existentes extra hanc terram et eius districtum iuraverint, deposuerint, et ipsorum dicta et attestationes sigillata reportata fuerint. In quibus casibus termini predicti probatorij et instantie nõ currant etiam absq; alia Iudicis pronuntiatione. Petentes autem testium examinationẽ extra hanc terram committi, et eius districtum, qui nil probaverint, in lib. xxv. den. puniatur. que negotia per ipsa

acta probari sufficiat. Teneantur autem Iudex seu Potestas volenti extra territorium examinare, fieri ultra terminum supra expressum, etiam aliquam brevem dilationem eius arbitrio moderandam concedere, testium numero, et loci distantia pensata, infra quam debeat pars testes fecisse examinari, et eorum depositiones sigillatas reportasse et produxisse; qua elapsa alia dilatio non concedatur. Si vero reus in preiudicijs causa esse, vel in quacunque iuditij parte confessus fuerit contenta in libello vel in quacunque alia petitione, statuatur eidem terminus decem dierum ad solvendum, vel faciendum et reficiendum dandum patiendum vel tradendum contenta in dicto libello seu petitione, cum expensis per Iudicem vel Potestatem taxandis et ipsi actori reficiendis, et hoc in casu, quo reus antequam conveniretur, fuisset in mora constitutus, vel per diei lapsum vel interpellationem sibi a creditore seu actore factam, alias ad refectionem talium expensarum minime teneatur. Vel maior ipsi reo ~~statuatur terminus~~ confitenti statuatur dilatio arbitrio Iudicis, qualitate persone rei ut facti pensata, nisi res vel pecunia petita esset X. lib. vel a X. lib. in quo casu eidem reo mandetur, ut de Palatio non recedat, do

Ter[mi]nus statutus ad solvendum

De summarijs et extraordinarijs causis et earum instantia Rub. IIII.

Item ad relevandum eos, qui pro modica re seu causa essent litigaturi, a magnis litigiorum impendijs et laboribus: cum forte talibus super huiusmodi brevioribus causis ordinarie litigantibus plus incommodi Iudiciorum prolixitas, quam utilitatis sperat ac sperata esset allatura victoria; ac etiam ea, que favorem celeritatemque desiderant, maturius minorique cum partium dispendio fine debito terminentur. Statuimus, quod super causis, differentijs vel controversijs alimentorum, carceratorum, detentorum, fraternitatum ~~detentorum~~, Legatorum ad pias causas, ac quarumcumque mercedum vel salariorum, ac etiam decimarum, instrumentorum, pertinentium ad vindemias vel messes, deguastationis alicuius rei, pensionum, laboritij, forensium, damn
fecti; novi operis nunciatione, et alijs causis et diff
celeritatem desiderantibus, cognoscatur, procedat
niatur summarie, simpliciter et de plano, sin
figura iuditij: sola ~~fide~~ veritate inspecta,
stantialitatibus et solemnitatibus praeter
ferijs, exceptis in honorem Dei indul

actori satisfecerit cum expensis reficiendis ut supra. Sed si reus confessus fuerit partem contentorum in libello vel petitione et partem negaverit; tunc de his, quae fuerit confessus, fiat sibi preceptum ut supra. sed super negatis non excedentibus dictam summam vel valorem .XXV. libr. procedatur et diffiniatur prout infra traditur in statuto sub Rub. de summarijs et extraordinarijs causis. si autem excesserit, procedatur ut sup. Si vero confessus fuerit reus contenta in libello vel petitione, et allegaverit aliquam exceptionem, statuatur eidem quinque dierum dilatio, infra quam probasse et probatum habuisse debeat per omne genus et probationum speciem, etiam per instrumenta, infra quem terminum si non probaverit, eidem reo precipiatur, ut det, solvat, faciat, vel restituat prout supra statutum est, de confessis simpliciter. Insuper decernimus, quod contra iniuriantem in favorem agentis actione iniuriarum possit iniuria taxari et extimari per Iudicem vel Potestatem usque ad summam poenae, qua iniuriatus esset condemnatus vel codemnandus, seu nostro communi solvisset, ac etiam maiore pro modo qualitatis iniuriae et personae iniuriam passae.

et differentijs summe vel valoris unius floreni, ut ab inde in-
fra, viduarum, miserabilium personarum, et aliorum piorum
locorum quorumcumque similiter procedatur, cognoscatur et diffi-
niatur, ut supra proxime est dictum, excepto quod in temporibus
in honorem Dei feriatis cognosci et diffiniri non possint. Nemi-
ni autem liceat summam vel speciem dividere, ut causa effi-
ciatur summaria poena .x. libr. et nihilominus in residuo
iure suo privetur, quod prius non petierit. Dilationes autem
in dictis causis et differentijs Potestatis arbitrio statuantur.
Et si reus confessus fuerit contenta in petitione in totum vel
in partem, vel cum aliqua exceptione, fiat sicut supra dictum
est in proximo statuto, excepto quod dilationes sint breviores, ne ca-
[...] instantia pereat. Et ita se habeat diligenter pars acto-
[...] premissis, quod cause predicte in vigintiquinque dies utiles 25 dies
[...]la vel producte petitionis computandos diffiniatur.
[...]us dictarum causarum instantie intelligatur esse
[...]o elapso instantia censeatur ipso iure perempta.
[...]r Potestatem seu Iudicem. Idem Potestas vel
[...]intiquinque puniatur; et nihilominus ad
[...] interesse iuramento actoris declaranda

sine aliqua taxatione condẽnetur. Successor vero in offitio ul-
tra tempus instantiæ, quod superest, habeat quinque dies
utiles ad diffiniendum dictam causam. In causis autem quan-
do proceditur contra contumaces, nullum sit instantiæ tẽpus.
Perempta autem instantia, de qua in presenti statuto et in
alio precedenti diximus, Iudex seu Potestas reum ab obserua-
tione Iuditij absoluat: et actorem in expensis legitimis con-
dẽnet, et condẽnatum ad earum refectionem de facto absque ali-
quo iuditio compellat. et quod a tali executione et summaria decisi-
one nõ possit appellari, recurri, reclamari ut supplicari aliquo modo.

De copia danda de omnibus actis, scripturis, instrumentis in iuditio exhibendis, et cuius expensis. Rub. V.

Quia iuri et equitati conuenit presentis in iuditio conditionẽ
et alterius absentia minime deteriorem fieri. statuimus,
ut copie mandatorum, tutelarum, curationum, sindicatu-
um, actoriarum, et inuentariorum per tales aliorum admi-
nistratores confectorum, per Potestatem seu Iudicem pro-
ducentis expensis decernantur petenti, et eidem ipsius pro-
ducentis sumptibus dentur: nisi talia instrumenta fu-
erint apud acta confecta ipsa parte presente, quia in

dictas copias peteret, quo casu propriis ipsius petentis sumpti-
bus decernantur et dentur. Copiæ autem libellorum seu peti-
tionum quarumcumque vel supplicationum cum certo loco petitio-
nis, vel absque petitione, in preludijs et ecardijs causarum
productarum, producentium sumptibus petentibus dentur. Ali-
orum vero actorum, scripturarum et instrumentorum quorum-
cumque in iuditio factorum seu productorum copiæ ipsorum pe-
tentium et volentium sumptibus accipiantur.

De causis seu questionibus per iuramentum decidendis. Rub. VI.

Quoniam maximum expediendarum litium remedium noscitur esse iu-
ramentum. Statuimus quod si quid in iuditio fuerit petitum seu de-
ductum ex parte actoris vel rei in libello, petitione, exceptioni-
bus, replicationibus, et his similibus, et paratum factum fuerit
in scriptis hoc modo videlicet, quod si ille, cui factum fuerit
paratum iuret in iuditio petita vel deducta vera non esse,
velit stare eius iuramento, vel referat, quoniam faciens par-
atum vult iurare vera esse: tunc sine partitum fiat de coto
... de parte, dummodo res sit gesta inter ipsas partes, et par-
... sit clarum, purum et non confusum, ille, cui sit datum

XLIIIv

uolumus. Immo ante ipsam responsionem personis predictis per Potestatem, Iudicem, seu Notarium nulla facultas uidendi seu legendi dictas positiones, seu aliter earum tenorem eis manifestandi penitus concedatur poena xxv. libr. den. Si uero talis respondere iussus, iterum monitus non responderit, uel respondere recusauerit, et positiones predicte sint ad causam pertinentes, eo iure pro confesso et conuicto habeatur super omnibus et singulis in eis contentis ipso iure, etiam absque alia Iudicis pronuntiatione, seu declaratione. Ubi autem ipsa principalis persona debens respondere non fuerit pñs in iuditio, tunc bis citetur cum cedula in scriptis cum termino duorum dierum utilium pro qualibet citatione, ut compareat ad respondendum positionibus et articulis, que citatio fieri sufficiat personaliter uel domi, seu alibi, ubi citari deberet, prout in primo statuto diximus sub Rub. de citationibus. Et si in termino citationum non comparuerit ad respondendum super eis, et positiones sint ad causam pertinentes, pro confesso et conuicto habeatur ut supra; nisi ipse Principalis non per se, sed per Procuratorem causam agitasset et etiam probaretur, quod fuerit absens tempore dati termi

ad probandum, tunc enim et eo casu tantum procurator ipse si sufficiens mandatum habeat ad respondendum, possit ipsis positionibus respondere, si principalis etiam fuerit absens a dicta terra et eius districtu, et contra eum dicto casu procedatur ad ipsam faciendam responsionem, quemadmodum contra ipsum principalem supra statuimus procedendum. Emptor autem, permutator, vel alius, in quem fuerit facta alienatio, eorumque heredes positionibus continentibus dominium evincentis respondere minime teneantur. Et predicta locum non habeant in ~~minoribus~~ minoribus XXV annis, furiosis, mutis, mentecaptis, prodigis, collegijs, universitatibus, vel non valentibus per se comparere, nisi vel bis iussus, vel duplex citatio fieret de tutoribus, Curatoribus, sindicis vel Procuratoribus predictorum. Negans autem aliquam positionem, que sit de facto proprio respondentis, vel cuius ipse scientiam habuerit, si probata extiterit in XXX solidis puniatur pro qualibet: si eadem die parte presente vel absente, que hoc casu habeatur pro presente, se non correxerit.

ȷ̊ tunc

De preparatorijs iuditiorum. Rub. viij.

Iuditiorum preparatoria, que a veteris iuris conditoribus interrogatoria appellantur, etiam ad faciliorem controversiarum exitum instituta fuisse constat. Si quis igitur agere intendens contra aliquem aliqua actione reali, personali vel mixta, seu offitio iudicis, vel quocunque alio modo, vel contra alicuius defendi itidem, et suum adversarium fecerit in iuditio vocari, et contra eum preparatorium aliquod produxerit, si reus comparuerit, et terminum petierit ad respondendum, iudex seu Potestas statuat ei dilationem quinque dierum ad deliberandum respondendum contentis in ipso preparatorio; etiam si in ipso contineretur reum interrogari; an sit heres alicuius et pro qua parte, et an ex testamento vel ab intestato; ad que omnia ipse respondere teneatur, nec audiri debeat, si peteret longiores inducias, seu dilationes, puta annum seu centum dierum, vel aliud tempus arbitrarium iuxta iuris communis dispositionem; cum tale tempus intelligi velimus coartatum et redactum ad predictum terminum;

dierum. Et si in dicto termino reus non responderit negando vel confitendo simpliciter contenta in ipso preparatorio: tunc ipso iure habeatur pro negante vel confitente contenta in eo, prout utilius et magis expediens fuerit producenti. Si autem in ipsa prima citatione non comparuerit; tunc iterum citetur in scriptis cum cedula, in qua citet, ut compareat ad deliberate respondendum tali preparatorio, inserendo effectum ipsius preparatorij. Et in hac secunda citatione prefigatur terminus quinque dierum; in quo si non comparuerit, vel comparuerit, et deliberate non responderit, habeatur ipso facto pro confitente vel negante ut supra, etiam absque alia Iudicis pronuntiatione.

De poena negantis filiationem, agnationem, affinitatem, officialem vel dignitatem vel notariatum seu alterius mortem, et eorum probatione. Rub. ix.

Item ad comprimendas quorundam cavillationes. statuimus. quod si per aliquam partium in iuditio super positionibus, exceptionibus, seu alijs actis negaretur aliquem

esse vel fuisse patrem, matrem, auum, auiam, filium, filiã, nepotem, neptem, fratrem, sororem, virum et uxorem, generum, cognatum, affinem, Iudicem vel Potestatem, Bargellum, Preconem, vel alium, Episcopum, Abbatem, Priorē, Presbiterum, diaconum, subdiaconum, Rectorem provinciae, vel Rectorem alicuius ecclesiae, Doctorem, vel alium habentem aliquam dignitatem, Notarium Provinciae huius et his similes, vel mortem alicuius. Si contrarium eius quod in premissis vel premissorum aliquo fuerit negatum postea probaretur, talis negans in poena .x. libr. den. communi condenetur. Liceat tamen sic neganti per totam diem, qua negavit, parte presente vel absente, quae hoc casu habeatur pro presente, dictam negationem corrigere. Et talis sic corrigens pro dicta negatione minime puniatur. In alijs autem negantibus aliãs positiones servenetur ea, quae supra in alio statuto sub Rub. de positionibus diximus. Ad plenam autem probationem predictorum, vel alicuius ipsorum sufficiat probatio quatuor testium attestantium audivisse dici

XLVI v

terra publice et palam aliquid predictorum, uel si probetur per testes, qui uiderunt se gerere, uel gessisse, tentos reputatos, habitos uel nominatos esse uel fuisse in dicta terra uel in Prouincia, uel alibi pro talibus, uel pro mortuo, uel pro publico Notario, uel per literas loci, ubi talis Notarius degit eius sigillo munitas, in quibus dicatur, quod talis sit publicus Notarius, et pro publico Notario habeatur et reputatur, et eius scripturis plena datur fides, et per similia uerba, uel sufficiat, quod per duos baiulos dicte terre ex cōmissione sibi per Potestatem uel Iudicem fienda referatur audiuisse, publice dici aliquod predictorum in dicta terra. Admittantur tamen in quolibet casu predictorum probationes in contrarium.

dies feriat.

De ferijs et dilationibus .. Rub. .. x.

Feriatos dies esse uolumus et decernimus in ciuilibus causis coram Potestate seu Iudice dicte terre, uel alio quocunque ordinario uel delegato in dicta terra agitandis, in quibus ius reddi prohibemus, nisi per aliud statutum aliud disponeretur, uidelicet omnes dies

dominicos. Festum Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi cum duobus diebus precedentibus usque ad secundam diem post Epiphaniam inclusive. Beati Thome Apostoli. Dies cineris cum duobus precedentibus. Festum Pascatis resurrectionis Domini cum septem diebus precedentibus et septem sequentibus. Festum Ascentionis Domini cum uno die sequente et tribus precedentibus, qui sunt dies rogationum. Sanctorum Philippi et Iacobi. Sex dies festivitatum Beate Marie Virginis, videlicet Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, Visitationis et Assumptionis. Dies festivitatum duodecim Apostolorum. Dies festivitatum omnium Evangelistarum. Dies festivitatum quatuor Doctorum Ecclesie. Festum Pentecosten cum duobus sequentibus. Sancti Silvestri. Sancti Nicolai. Sancti Benedicti. Sancti Georgij. Sancti Francisci. Sancti Michaelis. Sancti Bernardi utriusque. Sancti Antonij tam de Viena, quam de Padua. Sancti Laurentij. Sancte Crucis tam inventionis, quam exaltationis. Sancti Sebastiani. Sancti Blasij. Sancti Martini Episcopi. Sancte Catherine. Sancte Lucie. Sancte

XLVII v

Marie Magdalene. Sancte Anne. Sancti Crispoliti cum uno die precedenti et alio subsequente. Sancti Rochi. Sancti Egidij. Beati Petri Heremite. Sancte Barbare. Sanctorum Maccharij et Bordonis. Festum omnium Sanctorum cum die ~~subsequ~~ subsequente, cum omnibus diebus venoris. Ferie autem Messium intelligantur et sint ipso iure indicte secundum dispositionem Consilij generalis vel Comitis, usque ad medietatem mensis Augusti. Et similiter de ferijs vindemiarum per dominos Consiliarios indicantur, et durent quousque ex plebe fuerint. Dicte autem ultime ferie sint et indicte intelligantur ob hominum necessitatem. Alie autem primo in honorem Dei. Alijs autem singulis diebus iuridicis sedere debeat Potestas seu Iudex ad banchum ad ius unicuique reddendum sub poena XXV. libr. den. pro die qualibet, qua non sederit, nisi cum licentia esset absens a dicta terra et eius districtu. vel taliter infirmitate impeditus, quod sedere non posset. Dilationes autem decernimus fore arbitrarias in his casibus. in

De modo procedendi contra contumaces. Rub. XII.

Facta citatione et eius relatione iuxta formam supra de citationibus traditam. siquidem pars actoris non comparuerit Iudice sedente pro tribunali: reo comparente et actoris contumacia perseverante, facta relatione per Baiulum, quod reus predictus fuit ad petitionem ipsius actoris citatus, pulsataque campana contra contumaces, eo ipso reus intelligatur licentiatus et ut licentiatus recedere valeat, et contra eum non audiatur actor ulterius, nisi prius solutis per eum reo bononenis duobus pro expensis et interesse. Et idem fiat, si actor et reus comparuerint, et contra reum nil petierit, proposuerit vel protestatus fuerit. Si vero contra reum contumacem in prima citatione actor petierit executionem alicuius sententie, Laudi: precepti, vel alterius instrumenti: servet forma statuti: sub Rubrica. de executionibus instrumentorum. Sed si persona citata in prima citatione nō comparuerit et contumax fuerit, iterum citetur pro secunda citatione, dummodo secunda citatio fiat infra octo dies a die prima citationis, alias prima citatio non val

ipso iure, et secunda habeatur pro prima. et dummodo inter primam et secundam citationem saltem unius diei spatium intercedat. in qua secunda citatione si reus contumax in prima comparuerit, nõ audiat nisi uno solido refecto actori. Si vero reus non comparuerit, incusata prius non comparentis contumacia per actorem, factaque proclamatione alta voce per Baiulum de reo et eius relatione, si ipse ibi est, vel alius, qui eum defendere velit, pulsataque campana contra contumaces, ipsoque actore iurante, quod contenta in eius libello seu petitione animo calũnię non petit, et quod sunt vera, et quod de eis non est sibi satisfactum in totum vel in partem. solutisque per eum capitibus solidorum, videlicet quatrenis quatuor pro floreno quolibet, iuxta formam supra traditam in statuto sub Rubrica, de modo procedendi contra præsentes. si quidem ageretur reali, civili, vel pretoria seu mixta, vel aliquo iudicio possessorio, tunc pronunciabitur reum esse legitime contumacem, et actorem im-[...]endum in tenutam eius, quod petitur, si esset

penes

Lv

nente in hac terra et eius districtu tempore prime uel secunde
citationis nulla detur alia dilatio.

De recuperatione tenute contumaciter date, et qualiter ad
secundum decretum procedatur. et de tenuta voluntarie da-
ta. Rub. XIII.

Statuimus etiam, quod si contigerit tenutam aliquam alicui
dari pro aliqua quantitate, re seu facto in bonis alicuius
secundum formam supra in precedente statuto traditam,
liceat ipsi reo infra triginta dies a die notificationis date
tenute numerandos, tenutam ipsam recuperare. refectis tamen
prius ipsi actori omnibus expensis coram ipso Potestate seu
Iudice, et idonea prestita cautione de iudicio sisti et iudi-
catum solvendo. Et hoc si summa res, seu factum petita asce-
deret ad summam vigintiquinque librarum denariorum uel ab in-
de infra. Si vero esset ab inde [illegible] tenutam ipsam
in quindecim dies ut supra comp[illegible] simi liter
refectis expensis et data cau[illegible] lit
Potestas seu Iudex statim te[illegible] ter
faciat. processusque super fa[illegible]

Liber secundus:

Et de novo actor agat. si agere voluerit. et secundum modum debitũ in causa procedatur. Si vero reus tenutam non recuperaverit in dictis terminis. Actor autem suam intentionem probaverit. seu cō tenta in eius petitione seu libello. reus elapsis predictis terminis tenutam amplius recuperare non possit. et ulterius non audiatur: nisi pro integre satisfecerit creditori de sorte et expensis legitimis; sed contra eum ad secundum decretum hoc ordine procedatur. videlicet quod elapsis dictis triginta vel quindecim diebus secundum predictam distinctionem. et facta dicta probatione. licentia concedatur actori vendendi dictam tenutam cum auctoritate et decreto Iudicis captam. plus offerenti dictum bancum tribus precedentibus banimentis et subhastationibus

Sub statto tenute

quolibet dictorum banimentorum diverso die factorum cum intervallo duorum dierum pro quolibet banimento. que banimenta in platea ~~publica~~ et in strata publica fieri debeant. Et si in dic[illegible] mentis comparuerit emptor plus off[illegible] banimentorum terminis per ac[illegible] ctis auctoritate et decreto [illegible] tempore dictorum banimen [illegible] facta extimatione b

per duos extimatores communiter per actorem et Iudicem seu
Potestatem deputandos de re in tenutam data seu capta,
eidem actori per Iudicem secundum dictam extimationem pleno
iure detur et adiudicetur ex secundo decreto. Iure tertii semper
salvo. Et dictus reus ipso iure sit privatus et privatus intelli-
gatur omni suo iure, quod in dicta re vendita vel adiudicata
haberet. et in quolibet capite presentis statuti idem reus
actori de evictione teneatur, perinde ac si per eum res vendita
vel in solutum data esset. Et si pluris venderetur vel adiudi-
caretur, ultra debitum et expensas, illud plus debitori resti-
tuatur, vel pro eo penes tertium per Potestatem deputandum
deponatur. Ubi vero dicta tenuta pro debito et expensis non
sufficeret, alia tenuta toties capiatur, vendatur vel ad-
iudicetur, donec actori extiterit de debito et expensis inte-
gre satisfactum. Si vero dicta tenuta esset facta vel capta
pro actione reali: civili: pretoria, negatoria, confessoria
vel mixta, vel scripta in rem, vel possessoria, vel pro aliqua
re debita in ipsa re, elapsis dictis terminis ad redimendum
ipsam secundum dictam distinctionem, declaretur et ad-
iudicetur eidem actori ex secundo decreto secundum illud
per ipsum actorem in eius prima petitione seu [illegible]

intentatum seu petitum. Iure tertij semper salvo. Et hoc si aliquid predictorum esset penes reum aliquem vendatur et adiudicetur tenuta ut supra in principio huius statuti. qua adiudicatione facta dictus reus in dictis rebus pro dicta tenuta capta non possit amplius habere regressum pro iure, quo facta esset adiudicatio. Immo omni iure, quod dictus reus in dicta re habe ret sit ipso iure privatus. Ad executionem autem pignoris vel tenute voluntarie datorum procedatur ad notificationem ipsius et alia acta, venditionem et adiudicationem prout supra dictum est, de tenuta non voluntarie facta, nisi aliud fuerit inter partes conventum. quo casu conventionem servari decernimus.

De fideiussione prestanda per forenses et alios immobilia non possidentes. Rub. XIIII

Statuimus etiam, quod quicunque forensis seu alius de hac terra, qui in ea vel eius districtu non possideret immobilia, voluerit civiliter agere contra aliquem de dicta terra, debeat idoneos prestare fideiussores ipsi reo petenti in causam dechinantem, super qua vendit eum reconvenire. ac etiam iuranti, quod non animo calumniae faciat, sed pro veritate tantum, de iudicio sisti et iudicatum solvendo, pro expensis, damnis et interesse, si in causa succubuerit. et de se reconveniendo coram Potestate dicte terre.

et ratum habendo iuditium, et si satisdare uel pignora dare recusavet, audiri non debeat. et si fuerit auditus. iuditium nõ ualeat, et Potestas in poenam decem librarum incidat.

De sequestratione de rebus forensium et fugitivorũ. Rub. XV.

Item statuimus, ꝙ si aliquis forensis teneretur seu obligatus esset ad aliquid dandum uel faciendum alicui nostro terrigene, uel habitatori, et talis forensis reperiretur hic habere aliqua bona mobilia penes se. seu alium tertium. seu aliqd sibi deberi, Potestas seu Iudex ad creditoris instantiam teneatur tales res seu pecunias ei debitas sequestrari facere penes tertium, ut in sequestro tamdiu remaneant, donec creditori fuerit integre satisfactum, uel aliter idonee cautum. Et idem observari decernimus in rebus debitorum huius terre, immobilia non possidentium, uel de fuga aliter suspectorum Et talis sequester huiusmodi rem sequestratam sine Potestatis licentia restituere seu soluere non debeat, poena viginq; librarum denariorum. et nihilominus parti resse teneatur.

De executionibus instrumentorum Rub. XVI.

Ut cause instrumentarie celerius expediantur. Statuimus et ordinamus, quod si in termino prime vel ulterioris citationis de reo facte iuxta formam supra de citationibus traditam contra dictum reum produceretur aliquod preceptum, sententia, laudum cum compromisso, contractus, testamentum, codicillus, vel quelibet alia ultima voluntas, aut aliud instrumentum publicum et in publicum formam redactum et aliquorum predictorum executio peteretur; et esset purum et liquidum, vel eius conditio seu dies esset purificata et impleta; hoc ordine decernimus procedendum. videlicet quod producto in iuditio aliquo precepto, sententia, dicto laudo cum compromisso, vel quolibet alio instrumento ex premissis, etiam sine alio libello seu petitione in scriptis, dummodo qualis qualis petitio etiam verbotenus facta precesserit, et in actis redigatur, in qua fuerit petitum instrumentum exequi in totum vel partem, habeat reus terminum octo dierum utilium immediate sequentium ad accipiendum copiam et opponendum: [...]tam accipere et opponere voluerit contra predictum [...]entum, seu id, de quo peteretur executio, et ad pro[...]probatum habendum per omne genus et speciem probationum [...] exempli originali manu publici Notarij ex Iudicis [...] non obstante [...] non fuerint citati, quod legi possent ex dicto instrumento et non obstante [...] [...] [...] non respiciet scripturam. In quo casu, et non obstante [...] [...] decretum non contineret [...] [...] et quod [...] [...] esse ferrito et in [...]

et per instrumenta, in quo termino possit aliquam de infrascriptis exceptionibus opponere, et nullam aliam etiam per officium Judicis. Qui terminus reo absenti personaliter vel domi notificetur; sed forensi et non habitanti in dicta terra et eius districtu notificetur per Baiulum ad fenestras palatij facta proclamatione, si ipse se, vel alius eum defendere velit. Et si in dicto termino idem reus nullam opposuerit de infrascriptis exceptionibus et defensionibus, vel opposuerit et non probaverit, elapso dicto termino facta unica citatione de reo ad audiendum executionem commissionem, dictum preceptum, sententia, laudum cum compromisso, vel aliud publicum instrumentum executioni mandetur contra reum realiter et personaliter ad voluntatem creditoris pro quantitate in eo contenta in totum seu in partem prout petitum fuerit et pro expensis. Et una via electa possit ad aliam reverti toties, donec de debito et expensis fuerit cre[ditori] integre satisfactum. Si vero elegerit executionem re[alem] elapsis quinque diebus dandis debitori ad solvend[um] ... mutuum, si est presens, sed si est absens notificetu[r perso]naliter vel domi, si est habitator, alias ad [fenestras] palatij per Baiulum notificetur, vendatur ...

ro defensionem

secundum formam traditam supra in statuto, de recuperatio-
ne sententiae &. non expectatis triginta vel quindecim diebus
in principio illius statuti descriptis. Si vero peteretur in dicto
citationis termino executio alicuius ultimae voluntatis pura
vel liquidae, vel conditionalis, vel in diem, quae esset imple-
ta, in publicam formam redactae, producto prius per legata-
rium, vel alium, cui ex tali ultima voluntate aliquid de-
betur, praeparatorio: si est heres universalis, vel in quota
parte defunctae personae, cuius esset ultima voluntas iuxta
formam supra in statuto de praeparatoriis iudiciorum tra-
ditam, eo confesso vel habito pro confesso, quod ipse reus est
heres, vel alius, qui debet dictam ultimam voluntatem im-
plere, et quod condens dictam ultimam voluntatem est mortuus,
in dicta executione procedatur ut supra dictum est. De exe-
cutione praecepti vel sententiae. Et eodem modo procedatur
[si] peteretur executio alicuius instrumenti, praecepti vel
[senten]tiae contra heredem vel successorem debitoris. Si vero
[non] essent liquida in ipsa executionis petitione, liqui-
[dentur s]ummarie, simpliciter et de plano, sine strepitu
[et figura] iudicii; sola facti veritate inspecta: qua liqui-
[datione fa]cta statuatur terminus octo dierum et procedatur

ut supra dictum est, quando instrumentum est purum et liquidum.
Insuper si reus in dicto termino aliquam de infrascriptis exce-
ptionibus uel defensionibus opposuerit et probauerit, publi-
centur testes et processus, et utriq; parti terminus quinq; dierum
utilium statuatur ad opponendum, probandum et probatum
habendum per omne genus probationum. Demum processus
publicetur dicto termino elapso: si quid contra oppositum
et probatum fuerit. Postea pronuntietur illud, de quo pe-
tita extitit executio, esse uel non esse exequendum, prout i[...]
uis fuerit. Executio autem priuata scripturae purae et li[...]
uel conditionalis, seu in diem, cuius conditio uel dies extiterit
fieri possit prout dictum est supra de executione instrumenti
si per debitorem fuerit prius confessata, ipsam fuisse scriptam
manu propria uel per alium de uoluntate et mandato ipsius
debitoris, uel si per debitorem negaretur aliquid pro debito[...]
et per producentem probaretur per duos testes summarie, sim-
pliciter, et de plano, sine strepitu et figura iudicii
dicta scriptura priuata fuerit scripta per ipsum de[...]
uel alium de eius mandato seu uoluntate: tunc p[...]
et exequatur perinde, ac si esset confessata ut supra
alterq; debitor ad ipsius creditoris et eius here[...]

LVI

medio iuramento respondere: an dicta privata scriptura fuerit sua manu scripta, vel per alium de eius mandato vel voluntate. Dicti autem termini non possint prorogari vel de novo dari ultra duos dies pro quolibet ipsorum, etiam si iustum subsisteret et allegaretur impedimentum. Volumus autem quod reus infrascriptas possit opponere exceptiones et nullam aliam defensionem nec etiam Iudicis officium implorare. Videlicet, nullitatis, falsitatis, solutionis, compensationis, quietationis, transactionis, pacti de non petendo, litis finitae, ficti vel simulati contractus, vel dolo seu metu extorti et praescriptionis. Et si opponeretur exceptio falsitatis et non probaretur, incurrat opponens poenam viginti quinque librarum denariorum.

De instrumento conficiendo de promissis seu solutis, et deperdito reficiendo. Rub. XVII.

[St]atuimus etiam ad hoc, ut rei gestae veritas tractu temporis [p]robationum inopia non depereat, sed semper elucescat. [Con]trahens seu quasi contrahens, paciscens, stipulans, [...]gens, liberans, solvens, vel aliter satisfaciens, ven[...]dans, mutuans et his similes, possint contra alterum

[illegible] vel aliam scripturam cuiuscumque speciei. Et a praescriptione, quam fieret [illegible] contra talem instrumentum et compensationes opponerent. Et a praescriptione [illegible] appellationi, reclamationi, recursui, querelae, supplicationi [illegible] aut [illegible] ad aliud dici, obiici vel opponi, nec de possit dici de nullitate, [illegible] quia solemnitates non fuit observatae, vel [illegible] scripturam [illegible] non habeat solemnitates [illegible]

partem petere de contractis vel quasi, et distractis, solutis seu
satisfactis, vel de alijs promissionibus et obligationibus. seu
alijs gestis inter eas, ut de his sibi publicum conficiat in-
strumentum. Et in premissis procedatur sine libello. seu
petitione summarie et de plano, sine strepitu et figura
iuditij sola facti veritate inspecta hoc ordine. videlicet
quod per Potestatem ad petitionem petentis sibi fieri instru-
mentum, interrogetur pars adversa cum iuramento. an sint
vera narrata per petentem. Et si dixerit, quod sic. fiat ei
preceptum, quod de Palatio non discedat poena decem librarum
donec petenti de conventis et confessatis per eum rogatus
Notarius publicum et cum clausulis consuetis confecerit in-
strumentum. Si vero negaverit, statuatur petenti ter-
minus quinque dierum ad probandum et probatum habendum.
quo elapso publicetur processus, et detur terminus tri-
um dierum utrique parti ad opponendum, probandum et
probatum habendum. Et termini predicti ultra duos
dies pro quolibet prorogari vel de novo dari nō possint
etiam si iustum affuerit impedimentum. Postea finaliter
sententia condemnatoria vel absolutoria prout con-
sonum fuerit. Si vero partem confessus fuerit [illegible]

negauerit, de confessatis fiat ut supra. De negatis autem similiter ut supra procedatur, prout quando totum negauerit. Predicta autem locum sibi non uendicent contra minores uiginti quinque annis, et alios indigentes tutore uel curatore. Decernimus insuper, quod si protocollum seu originale instrumentum foret deperditum, et non reperiretur, et ex ipso protocollum nullum publicum transumptum appareret, ex quo negotium probari posset, possit ad petitionem cuiuslibet partis altera pars compelli ad aliud instrumentum conficiendum modo quo supra. et de dicta perditione ipsius Notarij rogati uel eius heredis dicto cum iuramento standum, et plenam decernimus fidem adhibendam, nisi contrarium manifeste probaretur.

De debitore suspecto capiendo. Rub. XVIII.

Quoniam interdum locus et tempus non patitur longius deliberandi consilium et persaepe in mora periculum uersatur. Iccirco statuimus quod si quis habuerit eius debitorem de fuga suspectum, et comparuerit coram Potestate seu iudice dicte terre etiam extra iudicium, et quolibet die etiam in solemni die feriato, et dixerit se habere suum debitorem de fuga suspectum et non possidere immobilia saltem debito equiualentia in

Terre Pistorij et eius districtu. et tali creditori proprie vel in proprie talis scripturis iuraverit talem eius debitorem proprie vel in proprie fore et esse suspectum de fuga et esse nunc deterioris conditionis, quam tempore dicti contracti debiti, vel quam esset. Et de ipso credito aliquam summariam fidem fecerit saltem per proprium iuramentum vel aliam semiplenam probationem etiam parte non citata sine solemnitate iuris et iudicij. et in ipsius debitoris absentia: Potestas seu Iudex incontinenti teneatur dictum debitorem capi facere et detinere ad ipsius debitoris petitionem. donec dictus debitor de iudicato sibi eo iudicatum solvendo idoneam prestiterit cautionem, vel suo satisfecerit creditori aut donec dicta causa inter ipsos fuerit terminata. Interim autem dictus debitor per se vel alium eius nomine comparentem in omnibus suis defensionibus audiatur. Et si dictus creditor postea infra terminum à Potestate seu Iudice statuendum dictam capturam non iustificaverit per legitimas probationes vel in causa crediti succubuerit. de facto omnia dana, expensas et interesse ipsius debitori iuramento declaranda absque alia Iudicis taxatione reficere eidem debitori compellatur, et nihilominus poenam decem librarum denariorum incurrat. Decernentes etiam, quod si talis debitor tanta inopia et egestate laboraret quod de se suisque facultatibus victum habere non posset: tunc [...] debitori detento seu quomodolibet carcerato, credit[...] expensas victus exibere et prestare teneatur. expe[...] dem una cum alijs expensis, si victum fecerit[...]

casu eo expensas non exhibente. Potestas facta saltem per biduum ante proscriptionem de debitore relaxando: si expensas predictas creditor ei non praestiterit etiam extraiudicialiter: liberam eidem Potestati vel Iudici debitorem relaxandi et dimittendi concedimus facultatem.

De debitore possidente immobilia non carcerando. Rub. XLX.

Item cum carceratio debitoris immobilia in dicta Terra et eius districtu possidentis et aliter de fuga non suspecti: satis iniqua satisque ignominiosa fore omnibus videatur. Statuimus, ut si quando contigerit, debitorem aliquem pro civili debito ~~vel criminali~~ a XXV florenis infra debere personaliter detineri, et talis debitor possideret in dicta Terra et eius districtu bona immobilia alteri non obligata saltem in duplo debiti equivalentia; tunc huiusmodi debitor per Potestatem, Iudicem, Militem, seu quemcumque alium officialem in Carceribus communis vel in Camera militis seu alibi reclusus quoquomodo non detineatur: sed sufficiat dictum debitorem in sala magna Palatij non reclusum detineri, et eidem praeceptum fieri de non discedendo, donec integre satisfecerit, et sine ipsius [...]tatis seu alterius officialis detinentis expressa licentia. Quod [...]bitor contrafecerit, poena quinquaginta libr. ipso facto [...]e ce[te]ro dicto beneficio non gaudeat. Et idem

De precept[o] ... debitori Rub. 4

observari decernimus in quolibet debitore idoneos cum effectu offerente et prestante fideiussores de non discedendo de dicto Palatio ut supra.

De tutoribus et curatoribus. Rub. XX.

Item eorum indemnitati consulere cupientes, qui ob etatis vel natura defectum sub aliorum tutela seu cura constitui debeant in eorum negotijs et rebus peragendis salubriter gubernari. Decernimus quod in creandis tutoribus pupillis, vel curatoribus prodigis, mutis, surdis, furiosis, mentecaptis, deficientibus tutoribus vel curatoribus testamentarijs, et non existentibus Matre, Avia, seu Avia viduis, vel existentibus; sed tutrices vel curatrices esse nolentibus, talis ordo servari debeat. videlicet quod citatis omnibus agnatis et cognatis masculis usque in tertium gradum talis persone indigentis tutore vel curatore; quibus deficientibus citentur vicini decem masculi circumcirca domum dicte persone proximioribus. videlicet uno pro qualibet domo; et per eos singulariter et secrete cum iuramento dicto et declarato aliquo vel aliquibus ex eis Potestati vel Iudici in presentia Notarij causarum pro idoneore vel idoneoribus; publicata dicta dicenssione, incontinenti ille agnatus vel cognatus qui plures habuerit voces per Iudicem vel Potestatem tutor vel curator declaretur et decernatur. Et ipsis deficientibus ille vicinus de dictis vicinis, qui plures habuerit voces, pro idoneore pronuntietur, decernetur, et sit Tutor vel Curator. Et ad acceptandum quilibet sic [illegible] tatus compellatur nisi infra decem dies proximos a die [illegible]

[illegible] tutoribus vel curatribus

compulandos iustam et legitimam allegauerit et probauerit excusatio-
nem: quo casu, si probauerit, simili modo et forma de alio idoneore
prouideatur. Et si interuenerit concursus in pluribus habentibus aequales
uoces, tunc omnes predicti sint tutores uel curatores nisi dictum habu-
erint excusationem allegandam et probandam ut supra. Teneaturque
idem tutor et curator idonee satisdare et alia facere, ad que de iure
tenetur: necnon inuentarium conficere, et administrare teneatur
infra decem dies facte publicationis et decreta tutela seu cura, poe-
na centum librarum den. Et nihilominus ad omnia et singula damna
et interesse persone, cuius est tutor seu curator, teneatur, probanda
solo iuramento legitimi tutoris seu curatoris talis persone. Ubi uero
talis persona indigens tutore habuerit matrem maiorem uigintiquin-
que annis, auiam uel proauiam uiduas, quarum aliqua durante
uiduitate secundum gradum prerogatiuum uellet esse tutrix uel cu-
ratrix, tunc illa ceteris preferatur, aliter non compellatur. Matre
autem minore existente uigintiquinque annis, tutela aue, auie seu
proauie deferatur, duratura donec mater ad legitimam etatem
deuenerit, quibus aue, auia et proauia non existentibus, de tutore
prouideatur ut supra, cuius officium seu tutela finiatur matre
[illegible]a maiore et uolente eam suscipere. Adultis uero non furio-
[illegible] prodigis, non mutis, uel surdis de curatore secundum iuri

rum dispositionem provideatur. Comparentibus autem tribus vel pluribus agnatis, cognatis vel vicinis alicuius persone, coram Potestate vel Iudice et cum iuramento affirmantibus, quod talis agnatus, cognatus vel vicinus est prodigus et dissipator suarum rerum, statim per dictum Potestatem vel Iudicem provideat sibi de curatore ut supra dictum est in principio, et nihilominus fieri faciat bannimentum generale per dictam terram, quod nemo contrahat cum eo, nec alienationem ab eo suorum bonorum sine curatore recipiat, cum sit prodigus, sub poena XXV lib. den. De quo bannimento et eius relatione fiat mentio apud acta civilia. Et dicta persona post dictum bannimentum censeatur et reputetur semper prodiga, donec in moribus resipuerit.

X

De administratione bonorum absentis vel eius, qui mortuus diceretur. Rub. XXI.

Item ad obviandum dissensionibus et controversiis, que inter absentium, vel eorum, qui mortui dicerentur, bonis administrandis, plerumque oriri solent. Statuimus, quod bona absentis ultra biennium continuum a dicta terra et eius territorio, vel illius qui mortuus diceretur, detineantur et administrentur ab eis, quibus eorum hereditas, si vere tunc mortui essent, ab intestato

LIXv

deberetur: praestita tamen prius satisdatione cum solemni promissione coram Potestate dictae terrae seu eius Iudice, de bene, fideliter et diligenter administrando. et de plenam reddendo rationem cum residuis dicto absenti moreno, seu absenti postea reverso. vel alij personae cuius interesset. seu interesse quandoque posset in futurum. Et per tales administratores solemne de dictis bonis et iuribus conficiatur inventarium. et administratio per Potestatem seu Iudicem decernatur ut supra infra decem dies a die dictae praestitae satisdationis et promissionis computandos, alias administratione praedicta sint ipso iure privati. et ad alios devolvatur proximiores, qui praemissa omnia servare teneantur. Praemissa autem minime habere locum decernimus in habentibus tutorem, curatorem, procuratorem ad negotia, uel alium legitimum administratorem. Dictus autem administrator sic ut supra constituendus inventario confecto possit et valeat in iuditio et extra quascumque actiones dicto absenti competentes exercere, credita exigere, et de receptis quietationem facere. Et similiter conveniri exigi et contra eum quascumque actiones intentari tamquam contra suum principalem: et generaliter omnia et singula facere, quae quilibet legitimus Tutor seu Curator facere et exercere de iure permittitur in omnibus et per omnia.

De arbitris et arbitratoribus et compromissis. Rub. XXII.

Compromissorum remedium satis utile satisque necessarium ad sopiendas terminandasque dubias et intricatas conviccinorum et aliorum lites et differentias arbitrati ducimus statuendum quod inter agnatos, cognatos, et affines usque in tertium gradum, et vicinos usque ad tres domos inclusive circum circa domum vicini; vel inter socios de quacumque lite, controversia vel differentia. Inter alias autem personas occasione finium, semitarum, terminationis, mercantiæ, calculi rationum, divisionis alicuius rei, muri fabricandi vel reficiendi, alicuius viæ seu introitus, fenestræ, stillicidij vel alterius servitutis, et maxime de tigno immittendo, vel occasione alicuius rei spectanti ad artis peritiam. Potestas seu Iudex ad partis eiusdem petitionem exprimentis in specie litem seu differentiam, super qua petitur compromitti, et iurantis quod non animo calumniæ nec animo aliquid sibi debiti extorquendi per viam compromissi ab altera parte compromissum fieri petit, compellat partes ad compromittendum de iure et de facto in duos bonos viros vel artifices, seu in arte peritos vel mercatores, vel vicinos, prout ipsi Potestati vel Iudici videbitur esse convenientes, secundum qualitatem differentiarum inter ipsas partes vertentium: in ipsarum partium arbitros et arbitratores ~~et amicos communes~~. Qui arbitri acceptare teneantur.

LXV

Et si dicti arbitri non essent in concordia, partes tertium eligere cogantur. Et casu quo in ipso tertio eligendo discordarent, Iudex seu Potestas dictum tertium eligere valeat in procedendo et sententiando, vel in sententiando tantum. Et ad procedendum, sententiandum, terminandum et laudandum sufficiat unus ex dictis arbitris cum dicto tertio, etiam altero absente et irrequisito, vel dicti arbitri sine dicto tertio etiam irrequisito. Qui arbitri et arbitratores vel maior pars ipsorum alijs absentibus et irrequisitis possint et valeant dictas differentias, causas, vel controversias cognoscere, procedere, diffinire, sententiare, terminare, declarare et laudare summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicij, et etiam iudicialiter sola facti veritate inspecta, reiectis omnibus solemnitatibus et substantialitatibus iuris, omnibus diebus feriatis etiam in honorem Dei, et non feriatis, sedendo, stando, ambulando, et in omni loco, in scriptis et sine scriptis, partibus presentibus vel absentibus, tamen citatis. ~~Et eorumdem diffinitioni, terminationi, laudo, et sententiae quelibet partium ipsorum litigantium stare teneatur, et contra eum etiam per viam petitionis, reductionis ad arbitrium boni viri, appellationis, vel officij Iudicis venire non possit, poena~~

~~quinquaginta librarum denariorum per quolibet probam contra venientem vicenotenda et pro dimidia parti observanti, et pro altera dimidia communi applicanda~~. Predicta autem, quae de compromissis fiendis supra statuimus, volumus locum non habere in rebus finitis, vel ubi appareret publicum instrumentum, vel in exceptionibus, quae opponerentur contra laudum, sententiam, preceptum, ultimam voluntatem, vel aliud instrumentum publicum, quae disentiantur et probentur coram eodem Iudice vel officiale, coram quo petita est executio. Hec etiam vendicent sibi locum post litem contestatam vel litem pro contestata, vel post terminum datum ad probandum in causa. Ita autem diligenter se habeant dicti arbitri et tertius, quod dictas causas et differentias infra duos menses a die acceptationis numerandos expediant, poena viginti quinque libras denariorum pro quolibet ipsorum, per quem steterit. Iurareque debeant dicti arbitri et tertius dictas lites et differentias cognoscere, diffinire et terminare bona fide, sine fraude et dolo

De non faciendo executionem contra aliquem debitorem absque bulletta. Rub. XXIII.

Item ne communitas nostra debita capitum solidorum portione, quae de executionibus percipere convenit, valeat ab offitialibus ipsis modo aliquo fraudari. statuimus quod Potestas seu Iudex, miles, vel quilibet alius offitialis non possit nec valeat pro debito civili ad alicuius creditoris instantiam ad aliquam executionem devenire seu executionem aliquam realem vel personalem facere contra aliquem debitorem facere, nisi prius habita bulletta manu nri Cancellarij scripta, in qua quantitas et causa debiti fuerit expressa. etiam si vigore alicuius rescripti de iure summario ad executionem contra ipsum debitorem procederet. alias executio sit nulla. et debitor si esset detentus nō servata dicta forma, possit libere et impune de loco ubi detineretur, recedere. Et nihilominus offitialis contrafaciens vigintiquinque librarum poena puniatur. Et predicta locum habeant in exequibilibus tantum, de quibus superius diximus in precedenti libro, sub Rubrica de offitio socij militis.

De muro et sepe inter vicinos fienda et reficienda et fenestra claudenda. Rub. XXIIII.

Statuimus etiam et ordinamus, quod ubi inter vicinos inter utrasque domum non esset murus. vel esset reficiendus seu aptandus. alter

pars ad petitionem alterius, ad faciendum seu reficiendum vel aptandum super solo communi expensis communibus compellatur. Et si de muri latitudine vel grossitie seu de modo faciendi, reficiendi vel aptandi discreparetur, declarationi Iudicis vel Potestatis et duorum peritorum in arte communiter eligendorum stare compellantur poena viginti quinque libras denariorum. Nulli autem dictarum partium liceat dictum murum scindere vel frangere, nisi tamen lignum immittendi, ut praemissum, fenestram vel quid simile faciendi: ita quod dimidium dicti muri communis non transcendat: et ex hoc nullus fetor seu aliud rationabile nocumentum vicino seu dicto muro non inferatur, poena viginti quinque libras denariorum. Si autem in una et eadem domo unus partem superiorem, alter inferiorem habuerit, tunc quilibet quatenus portio sua domus capiet, seu se protendet, eatenus murum, solarium, seu stillicidium munire seu reficere teneatur propriis suis sumptibus et expensis sub poena praedicta. Itaque habens solarium superius: et ipsum solarium seu planchatum ac etiam stillicidium et murum a solario supra reficere et manutenere teneatur de suo ut supra.

Quod vendatur murus volenti appodiare Rub. XXV.

Item statuimus, quod habens aliquod spatium. Hortum vel domum in dicta Terra vel eius districtu si edificando voluerit appodiare vel alterius tollere, vel tignum seu aliud immittere in muro vicini contiguo illi spatio. Horto vel domui, teneatur ille vicinus vendere pro pretio per duos peritos in arte communiter eligendos cum potestate eligendi tertium ipsis duobus discordantibus, dummodo dictus murus iudicio dictorum peritorum sit sufficiens ad ipsa onera substinenda, poena centum librarum si fuerit recusatum, nisi aliud per pactum seu conventionem esset initum inter partes. Dictique periti in arte et tertius acceptare per Potestatem seu Iudicem compellantur.

De modo et forma servanda in contractibus minorum, furiosi, mente capti, prodigi et mulieris nuptae. Rub. XXVI.

Quoniam, ut experientia docet, plerumque accidit minores viginti quinque annis, mentecaptos, furiosos, prodigos et mulieres nuptas, in alienationibus, obligationibus, cessionibus, quietationibus et renuntiationibus suarum rerum et iurium, dolo, fraude, terroribus, verberibus et minis induci, ad alienandum se obligandum, cedendum, quietandum et renuntiandum: ideo eorum fragilitati succurrere cupientes. Statuimus quod donationes

venditiones et alie quecumque alienationes, ac etiam cessiones, remissiones, quietationes, vel renuntiationes, promissiones, conventiones, et obligationes quarumcumque rerum, actionum, vel iurium, sub quocumque contractuum vel verborum forma ab aliqua personarum predictarum non interveniente Tutoris vel Curatoris dictarum personarum auctoritate: si Curatorem habuerit, et absque presentia consensu et voluntate duorum vel trium proximiores agnatorum vel cognatorum earundem, vel similium, si habentur in dicta terra Pistorij et eius districtu, vel eis non existentibus saltem affinium, alias dictis agnatis, cognatis et affinibus non existentibus, sine presentia et consensu duorum vel trium proximiorum vicinorum iurantes ipsos esse proximiores agnatos vel cognatos aut vicinos talis persone alienantis, obligantis seu aliter contrahentis ut supra: et illud fieri pro dictarum personarum utilitate, seu in earum utilitatem cedere. Et sine presentia, auctoritate et decreto Potestatis seu Iudicis cum quibuscumque universitatibus, collegijs, communitatibus, e[t] personis quibuscumque spetialibus fieri non possint, nec ali[quo modo] tenus celebrari. Et si facta seu celebrata fuerint sine dictis solemnitatibus non valeant ipso iure. Et [...] dolo et fraude extorta; quam presumptionem et f[...] selegi et censeri volumus esse iuris et de iure [...] et simulate

nullam in conuenientiam decernimus aut scriptae presentis statuti fore probationem admittendam; et nihilominus contrahentes uel quasi cum dictis personis contra formam superius traditam in uigintiquinque libris puniantur. Decernentes insuper quod mulieres nupta testamentum, codicillos, donationem causa mortis, aut aliam quamcumque ultimam uoluntatem condere seu facere non possint absque mariti presentia et consensu, et duorum proximiorum consanguineorum et magis idoneorum. et si maritum non habuerit et habuerit filios, sine consensu et presentia filiorum, si maiores extiterint in aetate. si uero filios non habuerit, sine consensu et presentia duorum consanguineorum proximiorum, et magis idoneorum. Et si secus fieret, quod factum fuerit, non ualeat nec teneat ipso iure. Et predicta uendicent sibi locum in presentibus ~~preteritis~~ et futuris. Volumus tamen et presenti lege cauemus, quod si maritus, filij seu consanguinei mulieris testari uolentis negarent presentiam et consensum prebere testamento per ipsam mulierem condendo, tali mulieri eo casu possit ualeat suum condere testamentum pro libito uoluntatis ... rum presentia et consensu, dummodo tales recusan... ... tes mulieri testamento presentiam et consensum ... nio citentur et moneantur per baiulum communis

LXIVA

De praescriptionibus. Rub. XXX.

Ad precludendam viam malitijs et multis deceptionibus et simulationibus obviandum, que propter temporis cursum saepenumero fieri et committi solent. statuimus, quod quicunque de aliquibus possessionibus urbanis vel rusticis, vel de aliqua venditione, donatione, cessione, concessione, iure servitutis, vel alterius cuiuscunque iuris instrumentum aliquod haberet, vel cum instrumento, aut etiam sine instrumento in bonis seu contra bona alicuius quocunque titulo vel causa, aut contra personam alicuius pro aliquo debito mutui, depositi, vel alterius cuiuslibet contractus seu obligationis ius praetenderet. seu actionem haberet, vel habere crediderit; et instrumentum illud in iudicio cum partis citatione non produxerit eius executionem petendo, vel per modum excipiendi eo usus non fuerit. vel debitum illud quod usque fuerit in iuditio non petierit, seu actionem non moverit coram Potestate nostro, seu alio competenti Iudice, et litem contestatus non fuerit infra decem annos a die obligationis vel contractus, aut possessionem illam urbanam vel rusticam infra dictum tempus decem annorum non possederit

q post decem annos tale debitum seu actio vel ius, quodcumque sit, et qualicumque occasione competat, sit praescriptum, et pro praescripto legitime habeatur, itaque dicto tempore elapso nec in iudicio nec extra peti possit, et petens non audiatur. Quae locum habere decernimus in ~~praeteritis~~ praesentibus et futuris. Praedicta autem, quae de praescriptionibus supra statuimus, locum sibi non vindicent in haereditatibus et fideicommissis universalibus, et in dotibus constante vel soluto matrimonio petendis seu repetendis, in quibus iura communia intacta et illaesa remaneant.

De ~~quarta~~ tertia parte dotis lucranda per maritum et de vestibus vidualibus. Rub. XXXI

Statuimus, quod muliere tradita nuptui et per carnalem copulam matrimonio consumato vel transducta ad domum habitationis viri, praedecedente in matrimonio sine liberis ex eodem matrimonio procreatis, maritus superstes lucretur tertiam partem dotis solutae, promissae, confessatae, constitutae, vel relictae, pactis, transactionibus, vel promissionibus in contrarium factis non obstantibus. Quae in fraudem et contractus censeat simulatus et fictitius

teritis, pñtibus et futuris locum habere decernimus.
Mulier autem vidua postea alteri desponsata seu nupta
vestes et alia vidualia de bonis viri defuncti habita, qua-
bi sarit, heredibus ipsius viri restituere teneatur propter
habitum susceptum, quem externum duxit. Pani vero io-
calia, et alia quecumq ornamenta tempore nuptiarum
vel ante donata uxori a viro vel eius coniunctis ad vi-
rum et eius hedes pertineant. Donata vero a coniunctis
uxoris eidem seu suis hedibus debeantur matrimonio per
mortem alterius soluto.

De descendentib carcerandis ad petitionē ascendentium et furiosis.
R. XXII.

Quilibet offitialis ad petitionem ascendentis etiam sine alia citatione
et sine scriptis de facto teneatur eius descendentem carcerare et
carceratum detinere, et eum nō relaxare absq expressa licen
tia dicti ascendentis, precedente tñ aliqua rationabili cā,
quam proprio iuramento ipsius ascendentis probari sufficiat.
Furiosi at ab eorum proximioribus coniunctis vinculari et car-
cerari debeantur poena xu Potēts arbitrio dcis coniunctis
imponenda, si contrafecerint.

De testibus cogendis. Rub. XXIII.

Statuimus q(uod) si testis semel citatus nō comparuerit, compellatur p(er) mulcte impositionem et pignorib(us) captis: et postea iterum citetur; qui si non comparuerit et iustum non habuerit impedimentū Iudicis arbitrio declarandum, ut non fuerit absens, contra ~~eum~~ tāq(uam) contra testem in iudicio legitime iuratum occultantem veritatem per inquisitionem procedatur et puniatur. et nihilominus ad interesse et dāna partis, ad eius petitionem producebat(ur), teneatur, de quib(us) ipsius producentis ~~iu~~ramento stetur precedente taxatione. Decernentes q(uod) testes ad testimonium in quacumq(ue) causa vocati in accessu, mora et reditu tuti sint et liberi, et plena securitate letentur. ~~Ita~~ Itaq(ue) pro aliquo pecuniario debito civili vel criminali detineri vel modo aliquo molestari non valeant.

De contractib(us) et ultimis voluntatib(us) per duos Notarios conficiendis. Rub. XXXIIII.

~~Occurrentes falsitatib(us) quibus possumus obviare, decernimus q(uod) nullum instrumentū publicū ut ultima voluntas publice cōfici possit de quacumq(ue) summa vel re valente et ascendente summā florenorum monete quinquaginta, nisi cū rogatione duorum~~

De fideiussoribus conservandis indemnibus, et de represalijs. Rub. XXXV.

Statuimus insuper, quod Potestas seu Iudex ad petitionem fideiussoris et promissoris vel alterius obligati pro altero, teneat et debeat, etiam non expectato alio tempore, facto vel conditione compellere principalem reali et personali ad voluntatem ipsius fideiussoris, promissoris vel alterius obligati pro altero et extraiudicialiter in omni loco, et diebus et feriatis in honorem Dei, et carcerando ipsum principalem debitorem ad conservandum ipsum indemnem. et electa una via possit ad aliam redire, et super utraque procedere; donec dictus fideiussor fuerit et reliterit idonee indemnis conservatus. Et idem volumus observari, si aliqua persona de hac Terra et eius districtu aliquod substinuerit damnum occasione represaliarum concessarum contra commune huius Terrae vel particulares personas eiusdem, vel ipsorum bona; vel alia quacumque causa occasione alienius persona de hac Terra vel eius districtu; ut contra talem personam ad petitionem substinentis damnum procedat, et fiat prout supra dictum est de fideiussoribus. Ubi autem represaliae forent commisse pro facto seu debito nostri communis; et particulares persone eiusdem ex hoc aliquod damnum substinerent, id totum patienti per commune reficiatur omni mora postposita.

De mulieribus dotatis, vel non dotatis excludendis a successione stantibus masculis. Rub. XXXVI.

Statuimus atque decernimus, quod mulier dotata a patre, matre

avo, avia, proavo, ut proavia, ut ab alijs eorum noie, italaneque una dotata sufficiat pro exclusione oium suprascriptorum stantibus ~~descendentibus~~ descendentibus masculis per lineam directam illius, a cuius successione excluduntur, in bonis parentis dotantis, seu aliorum suprascriptorum nominatorum, ipsa et descendentes ex ea ab intestato non succedant, sed sint dote contenta; et amplius de ipsis ~~dotantis~~ decedentis bonis petere non possint occasione legitimae vel eius supplementi seu successionis. et dotata intelligatur etiam ea, cui licet adhuc impuberi ut infanti fuerit per parentem, ut alios in testamento, codicillis, ut alia ultima voluntate dos relicta, vel cui inter vivos fuit dos constituta, seu sibi, vel alteri pro ea data, ut promissa ut alr confessata. Si autem tempore mortis parentis, cui onus eam dotandi incumbebat, et delata successionis, non reperiretur dotata, ut quae esset mortua, tunc stantibus masculis in bonis ascendentis non succedat ut supra; sed debeant per ipsos descendentes congrue dotari attenta qualitate persona. et pro modo facultatum defuncti. Et, si in constituenda dote mulier et descendentes non concordarent; tunc eidem dos attentis praemissis constituatur per duos proximiores consanguineos unum pro parte mulieris, et alterum pro parte descendentium defuncti. et eis discordantibus tertius per ipsam mulierem et descendentes deputetur. Ad quam deputationem dictis casibus procedatur

per descendentes

Potestas seu Iudex de facto partes respectat: et quae per dictos consan-
guineos sine tertio, vel cum tertio dos constituta fuerit, descende-
tes satisfacere teneantur: et mulier a residuo bonorum praedictorum
intelligatur et sit exclusa, perinde ac si ab ipso ascendente do-
tata extitisset. Volumus autem, quod bona ipsius ascendentis censean-
tur etiam expresse obligata post eius mortem pro dote dictae
mulieris constituenda. Quas dotes dicti ascendentes solvere
teneantur eo tempore, quo mulier nupsui tradita fuerit, vel
monasterium intraverit, et non ante. Interim autem, donec nup-
serit, et etiam postea, quandocumque vidua remanserit, dicta durante
viduitate, et ea honeste et caste vivente, sibi alimenta conde-
centia debeant in domo paterna vel avita seu unius primorum ipsius
defuncti; conferendo fructus dotis, et operas suas, si quas praestare
potuerit, attenta qualitate et conditione sua, pro necessario quod
dicta foemina ex ipsis non extantibus eorum filii vel nepotes quandocumque con-
cepti vel nati possent venire ad successionem parentum et aliarum
personarum praedictarum, ad quorum successionem de iure vocantur, si descen-
dentes per lineam masculinam masculi non ~~superfuerint~~ supersint, re-
mittendo et cedendo dotes habitas vel promissas per dictis mulieribus
in hereditate, et hoc non obstante alienatione facta per dictos
masculos vel aliquem eorum de bonis, a quibus ipsa mulier
superexistentibus masculorum fuerunt exclusa [illegible]

dotata et nupta ... ne possit ... ad successionem
vel ius ... [illegible]

De alienatione immobilium prohibita in foresem. Rub. XXXVII.

Statuimus, quod uenditiones, cessiones, renuntiationes, permutationes, quie-
tationes et alienationes cuiuscumque generis rerum immobilium in hac nostra
Terra et eius territorio exsistentium, etiam ex causa dotis, uel alterius cu-
iuscumque contractus inter uiuos minime fieri possit in forensem: et facto
ipso iure nó ualeant. Et forenses intelligantur, qui non sunt de hac
nostra Terra oriundi; et qui saltem per decennium in ea continue non
habitauerint, et in obsequijs realibus et personalibus nostro comuni non respon-
derint: licet fuerint ex decreto nostri comunis ciuilitate donati, seu in
aliorum ciuium numero aggregati. Contra facientes autem seu alias alie-
nantes contra formam presentis statuti poenam centum librarum ipso facto
incurrant. Et casu quo fuerit facta donatio ab aliqua persona bis-
uiensi alicui forensi; quod in isto casu talis donatarius forensis teneatur
et obligatus sit ipso iure uendere bona sibi donata et ea data in dicto terri-
torio Bisiniensibus pro iusto et rationabili pretio infra tempus unius mensis
à die adeptae possessionis bonorum donatorum.

Que iura debeant in obseruatia preualere. Rub. XXXVIII.

[Q]uoniam omnis casus per has nostras municipales leges decidere
non ualemus. Idcirco statuimus, quod in omnibus et singulis

causis et negocijs cognoscendis et decidendis ac terminandis,
quarum cognitionem habemus. Primo observari decernimus
omnia nostra statuta et ordinamenta. Et ubi ea deficerent
sacras constitutiones provinciae; et in casu defectus ius
commune civile; quo deficiente ius canonicum. Quibus omnibus de-
ficientibus laudabiles nostras consuetudines a iure non
improbatas volumus inviolabiliter observari. Verum quia
plerumque contingere poterit: ut experientia docet, supradictis
nostris statutis per litteras et rescripta nostrorum superiorum per impor-
tunitatem et falsas suggestiones impetrantium derogari.
Decernimus ut, si quando contigerit per aliquem ex ipsis nostris
superioribus dispensari seu quomodolibet derogari in aliquo
de contentis in presenti volumine statutorum per eorum litteras, rescri-
pta, seu decreta, teneantur Domini Priores, qui pro tempore fuerint,
recursum facere ad ipsum superiorem oratorem nostrum seu plures
prout eis visum fuit expedire transmittendo sumptibus
nostri communis ad supplicandum et ab eo impetrandum; quod ipsa nostra
statuta precise observentur. poena ipsis Prioribus promissa
non servantibus decem librarum denariorum pro quolibet et
vice qualibet infligenda.

De collectis, datiis et impositionibus imponendis. Rub. XXXIX.

Datiae, collectae et impositiones quaecumque per consilium
generale imponi debeant.

Quod mulier dotata a patre vel alio nō possit venire ad successionē
ipsorum ab intestato. XL.

Item addendo statuimus et ordinamus, quod si qua mulier fuit dotata à
prē. mrē, ut frē carnali nō possit venire per rectum vel per obliquum
ad successionem pris ut mris, aut fris carnalis ab intestato: si filij
legitimi superint de predictis ut aliquo ipsorum, sive filij filiorum. Filijs ve-
ro non remanentibus ex eis talis mulier succedat prout postulat iuris
ordo. Volumus tamen quod mulier dotata et nupta alicui forensi non possit
succedere in bonis patris vel matris, vel aliorum consanguineorum extā-
tibus ex eis filijs ut filiabus, aut alijs consanguineis usque in tertiū gra-
dum. Si vero alij nō fuerint consanguinei in tertio gradu attinentes
ut proximiores, talis mulier succedere valeat sm quod postulat ordo iuris.

Proemium tertij libri maleficiorum

De publicis et privatis delictis.

Absolvimus habenus Deo propitio in anterioribus libris
ea, quae ad rem tum publicam, tum privatam bene re-
gendam, gubernandamque pertinere maxime videbantur. Verum
quia ad humanam servandam societatem, communemque tuendam
quietem delictorum coertionem multum conferre putamus,
ut, si quos iuris naturalis seu divini precepta a malo non
retrahunt, eosdem saltem poenae metus a noxa deter-
reant, et qui de eorum criminibus semel meritas poenas de-
derunt, ad frugem melioris vitae redeant et reliquis
sint exemplo; ut ab illicitis abstineant, et iuris natu-
ralis precepta sectentur; ut, quod sibi nolent, alteri
non faciant. Maxime namque reipublicae interesse existimantes
etiam debita animadversione puniri. Civitates enim et
regna constare pacto ullo non posse arbitramur, nisi
in effrenata improborum temeritas poenarum severitate com-
primatur; ut ex hoc nocendi tollatur facultas, et tutus
bene recteque vivendi locus honestis probisque viris relin-
quatur. Hoc idcirco publicae quieti consulere cupientes
tertium hunc librum aggressi sumus, quem de publicis

et privatis delicti incipiemus. in quo ipsorum criminum qualitates accurate distinximus: et que forent animadversione digna eque explicavimus. Ad ipsius Imperatoris Dei optimi maximique laudem, qui nedum nomine et antiquis suis sanctissimis legibus nos instituit, sed et facto saepe docuit, malos fore debita poena plectendos, dum in ipso rerum omnium principio, superbos angelicos spiritus divinitati se equare tentantes, e celesti regno ad tartareos cruciatus deiecit. Et demum quam plures facinorosos populos diversasque nationes improbam vitam agentes et suis legibus non obtemperantes, alios armorum mucrone percussos, alios crudeli fame ac peste affectos miseranda strage peremerit: ne impunita eorum abirent scelera. Atque hic summus idem rerum omnium opifex et auctor Deus eundem suum populum pro sua pietate defendat, et pro summa eius misericordia illesum custodiat. Qui est benedictus in secula. Amen.

De modo procedendi in criminalibus. Rub. i.

Statuimus quod noster Potestas seu Iudex, qui pro tempore fuerit

in hac terra possit et valeat de omnibus et singulis maleficiis seu
delictis comissis in terra Bittonij et eius districtu, de quibus cogni-
tionem habemus, cognoscere, ac etiam teneatur per inquisitionem procedere
et nulla fama precedente: ac etiam per accusationem, denun-
tiam vel querelam et per viam Notarij et si nesciret ut cogno-
sceretur persona offensa. ac etiam de maleficiis seu delictis
comissis per nostros terrigenas et extra districtum, que preemi-
nenter facta in districtu. tam quoad procedendi facultatem
quam et poenae impositionem. Et delicta intelligantur omnia
de quibus poena venit comuni applicanda: seu fisco vel Camerae
secundum formam iuris statutorum vel constitutionum et non per viam
parti vel Illustrissimis, preterquam in pace vel tregua. Et propter
superveniantiam accusationis vel denuntiae non tollatur inquisitio
nec econtra: itaque super utraque procedatur. dum tamen de uno
et eodem delicto non possit nisi semel et unica tantum poena
puniri. Cuius quidem inquisitionis, accusationis, querelae, seu
denuntiae copiam eodem die vel sequente, qua formata seu pro-
ducta fuerit, mittere teneatur ad cameram comunis, poena decem
librarum den. ipsi potestati contrafacienti. Demum accusatus de
accusationibus, vel inquisitus ex speciali commissione ipsius Potestatis
vel Iudicis per Baiulum comunis citetur pro die sequente, ut ve-

niat ad se excusandū, ab accusatione, inquisitione, uel denuntia con
eum producta uel formata. Et si personaliter fuerit citatus et in dicto
termino non cōparuerit, reus habeat̃ pro cōfesso et cōuicto: et con
eum ad executionem poene procedat̃. Si vero domi fuerit citatus,
et nō cōparuerit uel traſ: iterum citet̃: et si in tertio secunde
citationis nō cōparuerit, et se nō excusauerit, habeat̃ pro con-
fesso et conuicto ut supra, et poenā de facto soluere cōpellat̃.
Et predictā formam here decernimus in delictis, quorū poena
nō excederet uiginti solidos, et a uiginti solidis infra in-
clusiue. Si vero poena delicti esset a uiginti solidis supra,
tunc hoc ordine dicimus procedendum: uidelicet, quod inquisitus, ac-
cusatus uel denuntiatus, per Potestatem uel Iudicem citet̃ in ce-
dula portanda per Baiulum continente tenorem et effectū
ipsius inquisitionis, accusationis, uel denuntiationis, in qua ter-
minus trium dierum assignet̃ ad personaliter cōparendum et nō
per procuratorē etiam speciale mandatum habentem: et se ex-
cusandū et defendendū ab accusatione, denuntia uel inqui-
sitione predictā et contentis in ea. Que cedula per ipsum
Baiulum reo personaliter inuento assignet̃, uel saltem in
ostio domus sue solite habitationis ponat̃ et relinquatur.

Si ad reus citandus nō esset habitator dictę terrę uel eius
districtus: tunc dicta cedula affigat' et ualeret in ostio pa-
latij solitę residentię ipsius dni potatis. Et si p aliquē alle-
garet dictum reum esse absentem à dicta terra et eius distri-
ctu cū iuramēto. det' ter° decem dierū et nō ultra et si iustum
allegauerit impedimentum. Elapso ad termino dictę pri-
mę citationis et ipō Reo in dco ter° nō comparente et se nō
excusante iterū citet' et cum cedula absq tn aliquo tenor'
accusationis, denuntiationis seu inquisitionis cū eodē termino
modo et forma ut supra. Ubi uero dicta persona sic citata in
ter° dictę secundę citationis nō cōparuerit, uel cōparuerit
tn se nō excusauerit: Exprimat et in bāno ponat' de terra Bito-
nij et eius districtu p precone cōis ad fenestras palatij resi-
dentię ipsius potatis alta uoce sono tubę premisso: in quo
poena exprimat' imponenda occone delicti; de quo pcedit'
in maiori uel minori poena sm formā iuris statutor. In quo
etiam assignet' terminus trium dierū ad similr' cōparendū
se excusandū et defendendū ut supra. Si uero poenę non
esset in statutis expressa, poena dicti bāni p poten' assi-
p penis assimi- milet' uel arbitret' sm formā aliorū statutorū. Qd bānum
landis. cum cedula eius tenorem continente sibi notificetur per

Bayulum pr̃i uel domi cum eius assignatione, relatione et
affixione ut supra dictum est in citationib3. Et si infra di-
ctos terminos bañi prime et secunde citationis reus nõ cõpa-
ruerit, seu se nõ excusauerit; extunc et ipso iure habeatur pro
sponte cõfesso et uicto ac testib3 superato de õib3 et singlis
in ipsa inquisitione et accusatione seu denũtia contentis, et pos-
sit diffinitiue condẽnari. Liceat tñ tali bãnito uel alteri eius
nõie comparenti confiteri pure et simpliciter õnia et singula in
ipsa inquisitione, accusatione et denũtia contenta, et cõfessionis be-
neficio gaudere quãcumq3 ante sententiã nõ obstante
lapsu termini ipsius bãni: et tibi nullus terminus
cõfugiat seu det ad defensiones faciendas. Accusa-
tor aũt denũtiator seu querelator teneatur tempore
producte accusationis, denũtiationis uel facte que-
rele, iurare de calũnia, et satisdare de soluendo
expensas, ac etiã poenã in statutis contentã, si non
fuerit prosecutus, uel in probatione plena uel sem-
plena ~~probauerit~~ defecerit. Accusatus aũt uel denũti-
atus possit denũtiare uel accusare suũ accusatorẽ uel
denũtiatorẽ: Et nomẽ denũtiati uel accusati sit
receptũ uel nõ receptum inter reos.

In quibus casibus liceat per inquisitionem procedere. Rub. II.

Statuimus quod de delictis verbalibus, realibus vel personalibus cum sanguine vel sine commissis inter domesticos, magistrum et discipulum, dominum et famulum, inter cognatos, agnatos et affines usque in quartum gradum inclusive secundum ius canonicum computandum, vel contra divisores viarum, vel contra inquietantes, turbantes, vel per vim occupantes possessiones alterius non possit per inquisitionem procedi nisi ad querelam iniuriam passi ~~+ Modifi. sup.~~ seu attentionem + Modifi. sup. Et volumus procedere interveniente sanguine. Sec. vel nisi intervenerit mors, signum in facie insuperabile aut ossis fractura, debilitatio alicuius membri vel eius abscissio. Et similiter per inquisitionem procedi non possit de attentatione pudicitie alicuius mulieris, ubi violentia non intervenerit. Item contra incidentes vel interficientes arbores animalia. Contra petentes plus debito, vel debitum iam solutum. Et de verbis iniuriosis de quibus minor poena XL sol. per quolibet verbo imponeretur. Contra discipulum vel delinquentem contra eius magistrum sine aliqua querela procedi et inquiri possit.

De petentibus plus debito vel debitum iam solutum, vide I. rub. XXXVI.

De excusationibus reorum. Rub. iii.

Statuimus ~~quod in qualibet excusatione in reo in iudiciis in causa criminali facienda tam confitendo sive negando et in examinatione et ad informationem curiae intersint notarii Cancellarii praesentis et in eius absentia protocolli notarii de societate notarii per ... seu ... alias facta non valeant ipso iure. Item~~ quod quilibet reus tempore excusationis seu vnionis teneatur idoneam praestare fideiussorem cum approbatore de se totiens repraesentando coram curia, quotiens fuerit requisitus; et de solvendo omnem poenam et condemnationem contra eum ferendam tam in causa principali quam appellationis et nullitatis et coram quocumque Iudice, alias sub fida retineatur custodia, etiam si poena esset pecuniaria. Et fideiussio etiam simpliciter facta censeatur facta in omni casu ut supra. Fideiussores autem et approbatores esse non possint in huiusmodi causis, Advocati, Procuratores, et Medici. Aliquaque excusatio rei admittatur et valeat etiam sine citatione vel partis accusatoris vel denuntiatoris. Habeatque reus excusans dilationem quinque dierum ad omnem sui defensionem faciendam ad probandum et probationem habendum per omne genus et speciem probationis

et per instrumenta. Et similem terminum habeat auctor vel denuntiator
ad probandum et probatum habendum per omne genus probationis et
supra contenta in accusatione vel denuntia, si est presens, si
vero est absens sibi dicta dilatio quam vel domi noscitur.
In quibus terminis si reus, auctor vel denuntiator in probatione de-
fecerit, non audiatur ulterius, nisi ex iusto et rationabili im-
pedimento: et possit eis dicta dilatio usque ad duos dies proro-
gari, et prorogata intelligatur ante dicte partis statuti. et ultra
non audiatur, etiam si iustum et rationabile impedimentum
subesset. Possit autem idem potestas seu Iudex et debeat quecumque
ex suo officio de nocentia vel innocentia rei querere non ob-
stante aliquo termino lapso. Demum publicatis personis
et testes, et terminus quinque dierum statuatur ad opponendum
contra personas et dicta ipsorum testium et totum processum et ad pro-
bandum et probatum habendum per omne genus et speciem probatio-
nis, et per instrumenta: que dilatio ante dicte partis statuti prorogata
intelligatur ad duos dies ex iusto subsistente impedimento,
et ultra non audiatur etiam si iustum subesseret impedimentum.
In aliis autem occurrentibus casibus in ipsis processibus sint arbitra-
rii. Nulla autem persona etiam per vim procurator habens speciale man-
datum vel alius in criminali ad aliquid negandum admittatur.

nisi duntaxat principalis persona. Ad confitendum ad pure et simpliciter ubi imponitur poena pecuniaria quilibet defensorio nomine admittatur et non alias.

De testibus in criminalibus recipiendis. Rub. IIII.

Statuimus quod testes in criminalibus causis recipiant et examinent per nostrum Potestatem ~~vel eius Com.~~ tam ad offensam quam vel defensam et eorum dicta annotent extense, non autem per verba sic est, vel prout in inquisitione vel capitulo continetur, vel prout alter testis dixit, et describant per Notarium curiae et per Cancellarium subscribant, aliter depositiones non valeant. et Potestas poenam decem librarum incurrat. Nec possit receptio et examinatio dictorum testium alteri committi, nisi testes essent forenses vel alibi habitarent, seu aliter eorum copia haberi non posset, quibus casibus eorum receptio ad iuramenta et dicta ordinariis illorum locorum committi possit et pleno iure valeat. Decernimus et quod testimonium tam masculorum quam foeminarum maiorum quatuordecim annis in criminalibus valeat non obstante sexu vel minori aetate. Minores autem quatuordecim testimonium ferre valeant solum ad faciendum inditium sufficiens ad torturam, si duo dictae aetatis de ipso inditio aliter sufficienti

de iure testificentur vel cum dicto unius testis directo deponentis de delicto alia adminicula seu coniecturae concurrant. quod Potestatis arbitrio remittimus. Item consanguinei et affines usque in tertium gradum personae offensae secundum ius canonicum computandi in testimonium ferendo contra offendentem repellantur, nisi pari gradu offensum et offendentem attingerent. Item ne maleficia impunita remaneant praetereant decernimus quod consanguinei et affines delinquentis ultra eundem gradum computandi ut supra cogi possint ad testificandum contra talem consanguineum vel affinem delinquentem, et si aliae probationes haberi possent vel non possent. Volumus etiam quod omnes exceptiones competentes contra personas et dicta testium intelligantur admissae per praesentis statuti reservata tempore iuramenti etiam absque protestatione et reservatione.

De quaestionibus et tormentis. Rub. V.

Statuimus quod in omnibus et singulis delictis vel criminalibus hoc ordine procedatur. Videlicet quod probato delicto et verbali per unum testem idoneum de visu. vel per aliud inditium legitimum. vel per quatuor testes de fama, una cum aliqua alia verisimili coniectura. Potestas seu Iudex dictae terrae publicato processu et elapso termino ad opponendum et probandum secundum formam statutorum

et reo in dcto termino nō opponente vel opponente et oppo
sita nō probante, que releuent, faciat per cedulam reum
citari, ut pro coram eo compareat infra terminū duorum dierum
in palatio eius residentie ad confitendū delictum seu
delicta, de quibus contra eum procedit, vel ad subijciend
se torture, et purgandum indicia contra eum urgentia.
qui reus si in dcto termino nō comparuerit, habeat pro
confesso et conuicto et testibus superato de omnibus et singulis
in processu contentis sine alia incusatione contumacie.
Si uero in dicto termino comparuerit, torqueat arbitrio
potestatis seu Iudicis, donec indicia fuerint purgata, quibus
purgatis absoluat. Si uero per torturam vel citationem
fuerit confessus, condēnetur sine aliquo cōfessionis bene-
ficio. Et premissa volumus tamen sibi locum vendicare in cri-
minibus seu delictis, quorum poena excederet summam XXV.
libr. den. et hoc casu volumus ~~fieri~~ coaceruationem fieri
poenarum omnium delictorum uno et eodem tempore et vice contra
aliquem commissorum. quantum ad indicia seu coniecturas sint
legitima seu legitime potestatis seu Iudicis arbitrio remittimus.

De beneficio confessionis, pacis et solutionis infra tem. Rub. VI.

Statuimus, quod confitenti crimen uel delictum in prima sua excusatione, itaque ex sua confessione condemnari possit sine alia probatione plena uel semiplena in quarta parte minus totius poenae debeat condemnari. si uero pacem habuerit ab iniuriam passo et sine consensu tutoris, curatoris, patris, uel aui, uel aliorum consanguineorum, seu ab eius pre. auo, marito, tutore, curatore, sindico et quali alicuius ecclesiae uniuersitatis, capituli, uel collegij. de qua publicum processum instrumentum quocumque ante sententiam apud acta. uel alius pro eo in tertia parte minus residui poenae condemnetur. soluens uero ante sententiam uel post infra decem dies. alia tertia pars sibi residui dictae poenae relaxetur. In sententijs uero ubi poena esset arbitraria declaretur integra poena, et demum de ea pro dicta beneficia fiat relaxatio modo et forma ut supra. In blasfemijs at. periurijs, seu falsis instrumentis, Ludis, furtis, rapinis, et incendijs, et in delictis, in quibus certa statuta poena imponitur ipso facto uel ipso iure uel sine remissione seu diminutione, seu quorum poena non excederet summam XX. totum penitus praedictorum beneficiorum admittatur.

Quod filiusfamilias uel minor in delictis habeant legitimam personam. Rub. VII

Filius familias uel minor .XXV. annis, dumodo non sit furiosus uel mentecaptus habeat et habere intelligatur habilem et legitimam personam standi in iudicio in criminalibus causis etiam sine patris consensu, et auctoritate patris, aui, proaui, uel curatoris. et gesta per eos uel contra eos ualeant et teneant, filiatione uel minori etate non obstante. Quod in filiabus foeminis minoribus locum habere decernimus.

De abolitionibus. Rub. VIII

Statuimus quod super accusatione, denuntiatione uel inquisitione in criminalibus nulla abolitio concedatur, nisi de uerbis diffamatoriis, improbatoriis, contumeliosis, seu aliter iniuriosis, contra aliquem non tamen contra Deum et sanctos uel sanctas prolatis. Et nisi de turbatione, molestatione, uel spoliatione possessionis seu tenute rei mobilis uel immobilis, et de processis spretis uel neglectis, et nisi de delictis culpa uel a minore .XV. annis comissis, in quibus casibus et si delictum esset confessatum uel probatum partibus consentientibus et uolentibus abolitio concedatur quandocumque

ad audien smam. Sufficiat et si lectis dictis sententijs per
Notarium actuarium, Potas dicat. codenamus uel absolui-
mus put lectum est. uel q Notarius legat de mandato ipsius
Potestatis; et habeant perinde ac si Potas ipse legisset uel
recitasset. Addentes q dictar sententiar duae partes pu-
blice scribenci. Una debeat remanere penes Potem. et alteram
det Canc° seu Noto Camere tempore, quo feruntur expensis
ipsius Potis. Porro prohibemus in dictis sententijs apponi
clausulam illam saluo semper et reseruato et cet. et si fuit
apposita habeatur p non apposita; quoad excusationem ipsius
Potis in plus uel minus, q deberet codenare; ac quo ad au-
gumentum uel diminutionem ipsius poene in smia expssa;
qua postea uigore dicte clausule augeri uel minui p ipsum
Potem nõ possit. Decernentes et, q si idem Potas seu eius offi-
tiales absq aliquo processu poenam aliquam quaeuq ex cã
soluere faceret p bullettã de aliquo crie extraordinario
seu dãno dato ultra uel praeter eõ cõn formã iuris uel
statutor in totum uel in plus uel minus; id totum idem
Potas ucl cõi seu parti lesa de suo pp° restituere tenentur.
Item prohibemus dictas smias ferri p uerbũ codenamus
codenandũ, si est probatum; et absoluimus absoluendũ,

si nõ est probatum, vel remissa. et habeat perinde ac si senten-
tiatum nõ esset. Et Potestas hoc casu poenã xxv. libr. den. in-
currat pro qualibet vice. Volumus etiã dñis eiusdem condẽnato-
rias eadem die vel sequenti p Baiulum ex cõmissione
nrĩ Potestatis notificari ipsis condẽnatis pro ut domi eorum
solitae habitationis sub poena predicta: et dicta notificatio
sufficiat: de qua Notarius maleficiorum in fine ipsarum mentionẽ
facere teneatur sub poena predicta.

Qualiter pater vel auus paternus teneatur pro filio vel nepote. Rub. xi.

Ut parentes liberos suos in potestate constitutos, seu emancipa-
tos in bonis moribus agere studeant. Decernimus quod omnia
bona ipsius filij vel nepotis undecunque quesita et adventi-
tia ut materna, seu ex materna linea, vel aliunde sibi quomo-
documque quesita veniant in executione sententiae criminalis nõ ob-
stante quod pater et auus paternus in illis pretenderet usumfructũ
vel ius administrationis. Volumus etiam quod pater et auus paternus
condẽnationẽ filij soluere teneantur usque ad legitimam ipsi
filio seu nepoti debitam, ac si tunc dictus pater et auus mortuus
esset. Itemque pater et etiam in subsidium auus teneatur. Post

mortem vero patris et avi executio condemnationis integraliter in personas ac etiam in bonis ad ipsum filium et successione predictorum pertinentis fieri debeat:

De poena non probantis accusam, denuntiam vel querelam. rub. xii.

Statuimus quod si quis aliquem denuntiaverit, accusaverit, seu quere-
relaverit de aliquo malefitio seu delicto, et accusam, denuntiam, seu querelam non fuerit prosecutus, vel non probaverit plene, vel semiplene, vel per famam, in totum vel in partem, in libris decem denariorum condemnetur: et expensas legitimas parti adversae reficere teneatur.

De poena meantium vel blasfemantium et deguastantium vel ferentium aliquam figuram Dei. Rub. xiii.

Si quis maledixerit, despetaverit, vel dixerit mal' Sabbia, mal grato, sconfitto, a onta, al dispetto, o vero si porte il diavolo, dirigendo talia verba in Deum, Iesum Christum, Trinitatem, aut Mariam Virginem, seu aliter blasfemaverit, vel iuraverit per la potta, o, per lo culo, vel alia membra pudibunda alicuius predictorum in libris vigintiquinque denariorum condemnetur. ~~Iurans vero per [illegible] le [illegible] vel alia~~

membra, uel uiscera predictorum in solidis uiginti puniatur. Siqs uero iniuriose percusserit uel deguastauerit in totum uel in partem aliquam figuram Beatae Mariae Virginis seu Dei uel nostri Redemptoris in libris ducentis denariorum sine aliqua diminutione codēnetur. et ad refectionem figurae deguastatae de facto compellatur. In figuris autem aliorum Sanctorum dimidia poena puniatur. et ad refectionem cōpellat(ur) ut supra. Delinquens uel deridens inferendo aliquid contra religionem, missam sacerdotum, uel Episcopale officium uel alio modo in libris decem puniatur. Et in quolibet dictorum casuum quilibet possit delinquentes accusare uel denunciare, et habeat quartam partem poenae, quam in communi faciet deuenire, et teneatur secretus. Ad probationem autem predictorum stetur et credatur assertioni cum iuramento dicti accusatoris cum uno teste fidedigno.

De uerbis iniuriosis et minatorijs. Rub. xiiii.

Proferens contra aliquem presentem huiusmodi uerba uel similia proditor, assassinus, leno, meretrix, homicida, ~~cornutus, bastardus, fur, latro~~ falsarius, tu mentiris,

non fero cornua, non sum proditor, vel posuimve in capite dicogito in libris decem den condenet. Si vero alia leviora verba iniuriosa protulerit, veluti acians, tristis, non dicis verum, et his similia in libris quinq, puniat. Diffamans aliquem de aliquo delicto in specie in libris decem condenetur. Si autem in genere, poena verbi iniuriosi puniatur. Beffans vel alio modo deridens aliquem, vel eum vocans alio q͡3 proprio et consueto nomine, vel blasfemans aliquem, vel eiam p[at]ris, matris, vel fratris in solidis quadraginta puniat. Dicens autem co[m]ponens, seu scribens aliquã cantilenam, sonettum vel ballatã, versus vel prosam, vel deferens aliqd in obprobrium et iniuriã alicuius directe vel indirecte, tacite vel expresse: vel iniuriose trãsiens ante domum alicuius propriam vel conductam, seu apotecã, vel ante eius personam, aut ei improperans aliqua verba directe vel indirecte de aliqua iniuria sibi illata, vel alicui suo co[n]iuncto usq in seu gradum inclusive, vel de aliqua iusticia corporali alicui predictorum facta, vel sibi: in libris decem puniat. Transiens vero cum comitiva vel societate ante vel circa domum vel personã iniuriose in libris viginti. et quilibet associans simili poena puniatur. Presumatur aut transitus iniuriose fieri: si intervenisset aliqua iniuria seu rixa inter transeuntem, et illum, cuius ante domum personam vel apotecam transitus fieret: quod Potestatis arbitrio

remittemus. attenta qualitate personarum, locorum et temporis. Et consanguinea intelligatur usque ad personas quatuor simul existentes et ab inde etiam supra. Et praelatum sibi locum vendicare decernimus; si delicta facta, vel composita fuerint in poena minorati. si autem in absentia media poena in quo de praedicto casum puniatur. Protestans vel quomodocunque dicens vel prohibens, quod matrimonium cum aliqua non contrahatur. ex eo, quod illa sit ab eo osculata. corrupta. seu sibi promissa, nupta, vel desponsata. et his similia. et causam coram competenti iudice non deduxerit, vel probaverit, in quinquaginta florenis puniatur. Hoc tamen casu procedi non possit, nisi ad petitionem patris, fratris, patrui, avunculi, avi paterni vel materni: quo casu ad petitionem alicuius praedictorum inquisitio formetur. et super ea procedatur. Et si inquisitus infra decem dies a die factae accusationis termino probaverit id, quod asseruit, ac etiam quod a se factum est, fuerit licitum, absolvatur. aliàs in dictis quinquaginta florenis puniatur. Siquis autem minatus fuerit alicui personae vel absenti de eam vulnerando vel aliter offendendo in libris vigintiquinque; si autem de eam occidendo in libris quinquaginta puniatur. Et nihilominus ad cavendum idonee de eam non offendendo secundum formam aliorum nostrorum statutorum de facto compellatur.

De poena facientis ficus vel ostendentis membra pudibunda. Rub. XV.

Statuimus, quod si quis iniuriose cum manu fecerit ficus vel ostenderit anum vel aliud membrum pudibundum coopertum vel discopertum, vel sufflans cum ore. vel alio modo vociferans, dicendo pagata. vel quid simile dicendo vel faciendo, si contra personam bonae famae in libris viginti quinque, si autem malae famae in medietate poenae praedictae condemnetur.

De poena attentantis verbo committere aliquod delictum publicum vel insidiantis. Rub. XVI.

Si quis attentaverit, ordinaverit, vel instigaverit verbo tantum aliquod delictum fieri; cuius poena centum libras excederet in libris centum puniatur. Et ei effectus non fuit subsecutus. Si vero poena esset abinde infra, eadem poena, quae pro illo delicto imponeretur delinquenti; puniatur. Insidians autem aliquem causa offendendi, puniatur ac si insultasset. Sed si insidiatus fuerit causa capiendi aliquem, vel praedam de animalibus vel aliis rebus alienis faciendi in libris ducentis puniatur.

De poena insultantis, euaginantis, eleuantis manum et aliquid
de capite cadere facientis. Rub. XVII.

Si quis insultauerit aliquem cum armis quomodocumque per eum deta
tis uel cum aliqua re offendibili. si ad domum, possessionem, cassi-
nam, apotecam propriam uel conductam, seu ad porticum, logiam, uel
trasanam iniuriate cum comitiua armatorum, que intelligatur
a duobus hominibus supra, puniatur talis insultans in libris uiginti-
quinque et quilibet de comitiua in libris decem. Si uero sine armis
et cum comitiua, uel cum armis et sine comitiua in medietate
dictae poenae condemnetur. Si autem sine armis et sine comitiua
quis ad predicta loca alium insultauerit in libris sex puniatur.
Insultus autem factus intelligatur ad loca predicta et iniuriato
existente in ipsis locis uel ante aliquem dictorum locorum. Et si insul-
tans se approppinquauerit alicui dictorum locorum per duas cannas
ad minus ad cannam communis. In alijs autem casibus insultus intel-
ligatur: si quis iniuriose iuerit contra alium per plures et plu-
res passus, et tum insultato approppinquauerit, quod potuerit
eum cum armis uel sine offendere. In alijs uero locis, ex-
ceptis illis, in quibus ex forma aliorum nostrorum statutorum debet
poena duplicari: si cum armis in libris quinque. Si uero sine

armis in solidis quinquaginta puniatur. si vero quis armatus vel in armis detentus fuerit. cum intenderet aliu offender, puniatur ac si insultasset. Evaginans autem vel capiens arma lapidem vel aliud offendibile, ut alium offendat cum manu in libris quinque puniatur. Confundatur autem captura armorum cum evaginatione, ac etiam admenatio et insultus cum percussione mox secuta. Elevans manum in altum cum armis vel re offendibili cum contendendi non tamen admenando in libris quinque. Si vero sine armis vel alia re offendibili in medietate dicte poene puniatur. si vero occasione alicuius facti ex predictis iniuriatus aufugerit et ceciderit, puniatur iniurians perinde ac si cadere fecisset.

De poena admenantis, proijcientis, balistantis, iaculantis, et aliquid de capite cadere facientis. Rub. XVIII.

Si quis contra aliquem cum aliquo genere armorum vel alia re offendibili admenaverit, iaculaverit, vel aliquid predictorum proiecerit in libris decem puniatur. Proijciens vero nivem, lutum, sputum, arenam, terram, vel aliquid liquidum iniuriose contra aliquem in libris tribus condenetur. Balistans vero. vel cum arcu, sciopitto et

simili trahens contra aliquem in libris triginta puniat. Siquis autem similiter birretum, capucium, velum, vel vestem elevaverit de capite, manu, vel dorso sine sanguine vel percussione in libris sex. Si autem cum percussione ultra poenam percussionis in dicta poena puniatur. Adminans contra aliquem manu vacua vel pede in soldis quinquaginta condemnetur.

De poena percutientis aliquem sine armis. Rub. XIX.

Percutiens aliquem manu vacua, genu, pede, gubito, vel cum aliquo alio ligado, fetido, vel ligans aliquem non tamen animo occidendi; si a collo supra videlicet in facie, et ex tali percussione sanguis exiverit, pro qualibet percussione in libris sexaginta puniatur. Si vero sine sanguine; sed cum tumefactione vel livore in libris triginta condemnetur. Sine livore vero vel tumefactione et sine sanguine in libris decem. In collo autem vel a collo supra alibique in facie. Si cum sanguine in libris triginta pro qualibet percussione. Si vero sine sanguine, cum tumefactione tamen vel livore in libris quindecim puniatur. Si autem sine sanguine et sine livore nel

tumefactione in libris decem. A collo ad infra in qualibet
parte corporis. si cum sanguine in libris viginti; si sine
sanguine, et cum tumefactione vel livore in libris decem.
sine ad sanguine. tumefactione et livore in libris tribus
puniatur. Momordens vero aliquem in facie cum sanguine
sine cicatrice in libris quinquaginta condemnetur. si sine
sanguine, sed cum livore vel tumefactione in libris vigin-
tiquinque. Si vero sine livore vel tumefactione et sine
sanguine in libris decem puniatur. Siquis ad in alia parte
corporis aliquem momorderit cum sanguine in libris
vigintiquinque. si sine sanguine; sed cum livore vel tume-
factione in libris duodecim. sed si sine livore tume-
factione. et sine sanguine in libris quinque puniatur. Siquis
vero proiecerit iniuriose sine sanguine cum urina, pul-
vere, luto, acqua, vel alio liquido, non fervente, calido
seu ~~liquido~~ fetido. si in collo, vel a collo supra in libris
quinque. A collo vero infra in dimidia dicte poene puni-
atur. Si vero cum sanguine, tumefactione, vel livore
secutum fuerit, puniatur ac si factum fuisset manu vacua
in quolibet dictorum casuum. Si quis vero aliquem isperie

LXXXIIIv

x.p.

p capillos vel barbam. vel de barba pilos extraxerit in libris
decem puniat. Si autem exiverit per aures vel nasum; itaque
sanguis exiverit in libris viginti quinque denariorum puniat.
Si vero sanguis non exiverit in medietate dicte poene
condemnetur. Si quis at iniuriose aliquem impinxerit vel
expinxerit per personam, pannos vel habenam equi super quo
est equester. in libris quatuor puniat. Si vero propter ali-
quos predictos ceciderit, et sanguis non exiverit in li-
bris sex puniat. Si vero ex dicto casu sanguis exiverit,
si de facie in libris sexaginta puniat. Si vero ex alia
parte corporis in medietate dicte poenam condemnetur. Pro-
jiciens at ut cadere faciens aliquam personam in terram
vel in alium locum, vel trainans, et ex tali casu vel con-
trainatione sanguis exiverit, si de facie in libris
sexaginta; si ex alia parte corporis in libris triginta
puniat. Sed si sanguis non exiverit in libris quindecim
condemnetur. Si quis vero aliquem cum manu vel cum unguibus
exgraffiaverit, si in facie cum sanguine, et sanguis
ex uno tantum loco exiverit, in libris sexaginta puniat.
Si vero ex pluribus locis faciei ob talem exgraffiaturam

sanguis exiverit, ultra dictam poenam sexaginta libras pro qualibet sgraffiatura in libris quinque puniatur. In alia vero parte corporis in medietate dictarum poenarum condemnetur. Si vero ex dicta impercussione, casura, trainatura et sgraffiatura sanguis non exiverit; sed livor, seu tumor apparuerit, in medietate praedictarum poenarum puniatur, singula singulis congrue referendo. Pro sgraffiatura sine sanguine, livore, vel tumore puniatur ac si manu vacua percussisset. In omnibus autem praedictis casibus si ex dictis percussionibus vel aliqua ipsarum cicatrix cadens, vel signum enorme in facie remanserit, et erit perpetuo remansurum in duplo dictarum poenarum debeant condemnari. Percurrendo autem aliquem cum equo vel alio grosso animali puniatur, ac si percussisset cum armis: si dolose id fecerit. Si vero percurrerit proprio uno pede, vel cum pede alicuius animalis minuti puniatur ac si cum pede percussisset. Faciens vel dans causam, quod quis se ipsum cum armis vel sine percutiat, puniatur ac si eum percussisset.

De poena percutientis aliquem cum armis. Rub. XX.

Si quis percusserit aliquem cum armis ferreis, seu ferratis, bastono vel lapide, si a collo vel gula supra, videlicet in capite cum fractura cranei et sanguinis effusione in ducentis libris denariorum condemnetur. si vero cum sanguine sine fractura cranei in libris centum puniatur. si vero sine sanguine et sine fractura cranei; sed cum livore vel tumefactione in libris quinquaginta. sine tumefactione autem vel livore et sine sanguine; si in collo vel gula, vel abinde supra alibi quam in facie, pro qualibet percussione in libr. vigintiquinque condemnetur. Si quis vero aliquem percusserit in facie vel gula cum predictis armis cum cicatrice enormi perpetuo remansura et cum sanguinis effusione in libris quadringentis den. condemnetur. si autem ex dicta percussione sanguis exierit et cicatrix enormis non remanserit, in libris centum den. puniatur. Sed si sine sanguine cum livore et tumefactione percusserit in libris quinquaginta puniatur. Sine livore vero et tumefactione et sine sanguine, si in facie in libris vigintiquinque condemnetur. In alia vero parte corporis a collo vel gula infra. si quis cum dictis armis aliquem percusserit, et sanguis inde exierit, in libris octuaginta den. condemnetur. si vero sanguis

nõ exiuerit, et tumor uel liuor apparuerit in triginta libris puniat. Vbi nec sanguis exiuerit: nec tumor uel liuor apparuerit interuenerit in libris uiginti condẽnetur. Si qs uero aliquem percusserit cum uirga, cippello uel alia re offendibili dura uel alijs armis ex predictis in quolibet predictorum casuum in medietate dictarum poenarum condẽnetur, singula singulis congrue referendo; nisi cum fractura cranei, uel cicatrice enormi perpetuo remansura: quo casu puniat, ac si cum armis ferreis percussisset. Si qs uero cum predictis armis, seu alio quocumque armorum genere, uel cum dentibus alicui nasum amputauerit, uel oculum effoderit; pro naso in libris quingentis den. condemnet. et pro quolibet oculo effosso eadem poena quingentarum librarum plectatur. Amputans uero alicui auriculam in libris ducentis pro qualibet auricula puniat. Si uero qs amputauerit alicui pedem, manum, tibiam, uel aliquid aliud membrum, uel dens, ut sit causa minutionis alicuius ex predictis membris, itaque a corpore separet: pro quolibet membro in libris sexcentis condemnetur. Si uero debilitauerit nõ amputando dicta membra in libris trecentis pro quolibet membro puniat. Si uero qs digitum manus alicui amputauerit a corpore separando in libris trecentis condẽnetur. Si uero debilitauerit nõ amputando in

in

medietate dicte poene condẽnet. Si qs vero digitum pedis ali-
cui amputaverit in libris centum pro quolibet digito puniat. Si vero
illum debilitaverit non amputando in medietate dicte poene
condẽnetur. Percutiens vero aliquem, ita q dentem sibi cadere
faciat in centum libris dẽn puniat. Si aũt plures cadere fecerit
p quolibet, ultra primum, in quadraginta libris condẽnet. Si
vero dentem unum vel plures fregerit in partem in medietate
dicte poene puniat. Si qs vero aliquem percusserit cũ igne,
aqua, lisciva, seu alia re liquida fervente puniat ac si cum
armis percussisset. Faciens aliquem mutum, surdum vel fatuũ,
vel balbutientem in libris mille dẽn condẽnetur. Et in quolibet
predictoꝝ stetur circa fracturam cranei, cicatricem, debilitatio-
nem, et alia similia stetur declarationi cũ iuramento duoꝝ me-
dicoꝝ, si haberi possunt in dicta terra: vel vicinius cum expẽ-
sis ipsius delinquentis, si contra eum fuit iudicatum. vel
nostri cõis.

De pluribus percussionibus uno ictu seu simul factis. Rub. XXI.

Si qs aũt uno ictu percusserit cum aliquo genere armoꝝ plures
punctas habente, puta cum rastro, forpice, et alio simili
instrũ: et inde plures cũ sanguine, livore vel tumefactione
percussiones resultarent, pro qualibet percussione seu vulnere.

uel loco, unde sanguis exiverit, ut livor seu tumefactio apparuerit; in poenis. de quibus supra in statuto de poena percutientium cum armis, debeat condennari. singula singulis congrue referendo. sed si dicta percussio seu uulnus uno ictu factum seu facta, cominittat in collo et a collo citra. si vero quis pluribus uicibus percusserit in eodem loco, siue ampliauerit uulnus, siue non pro qualibet percussione puniat. Sed forans aliquo uno ictu personam, membrum, uel ossium membri ab una parte in alteram pro duabus percussionibus puniatur. Et si ex dicto ictu perforante alia pars corporis percuteretur; pro alia percussione puniat. Et hoc si percusserit unam personam. Ubi uero uno ictu percusserit uel unico actu alias iniurias personales fecerit contra plures personas de iniuria cuilibet illata puniri debeat. Demum si quis domum fregerit, uel cassinam, et ibidem aliquid uel aliquid delictum commiserit, de utroque puniat. De delictis autem realibus illatis seu factis in una re pluribus communi, puniat ac si res esset unius tantum.

De libellis famosis, et poena apponentis cornua uel aliud diffamatorium ad domum alicuius. Rub. XXII.

Si quis iniuriose seu studiose posuerit colos, aspas, cornua animalium, interiora, stercus, uel aliquid aliud turpe seu

aliquam scripturam vel libellum diffamatorium, seu aliud iniuriosum in muro vel ostio palatii, vel domus seu apothece alicuius proprie vel conducte, vel prope aliquem ipsorum usque ad mediam viam vel plateam; vel aliquid predictorum proiecerit in platea vel in viis publicis seu alibi in obprobrium vel diffamationem alicuius in libris centum condemnetur.

De poena turbantis divinum officium. Rub. xxiii.

Si quis iniuriose impediverit, seu turbaverit divinum officium, vel letanias in libris centum puniatur. Irruens autem vel iniurians sacerdotes divinum officium vel letanias celebrantes ultra poenam iniuriarum vel percussionum in libris centum puniatur. Offendens autem aliquem seu aliter iniurians, propter quod divinum officium vel letanie turbentur, siquidem facto, ultra poenam facti in libris centum. Si vero verbo, ultra poenam verbalis iniurie, in libris quinquaginta puniatur. Ubi vero impediret divinum officium vel letanias non iniuriose sed alio modo culpabiliter, videlicet loquendo vel aliter exclamando, in soldis decem puniatur.

De poena frangentis pacem, vel treguam, et assassinantis, et facientis vindictam transversalem. Rub. xxiiii.

Statuimus, quod si quis aliquem per assassinum facto offenderit; vel pacem seu treguam fregerit; vel vindictam transversam fecerit, in libris centum puniatur; ultra poenam offensionis et delicti; et ultra poenam in contractu pacis vel treguae promissam, de quo in dicto contractu sic promissa, procedi possit et per inquisitionem ex mero officio, et in eodem processu inquisitionis, et omnia deduci et per instrumentum probari possit. Propter insultum vel adminationem, vel verba iniuriosa dumtaxat intervenientia non intelligatur pax fracta. Assassinus autem facto offendens ultra dictas poenas in decem tractibus seu scassis cordae puniatur. Mediator et depositarius poena, qua principalis offendi faciens tenetur, puniatur. Et intelligatur assassinus ille offendens aliquem facto pro pecunia vel alia re, vel spe alicuius mercedis seu rei. Praesumatur autem fecisse ad vindictam transversam, si iniuriose offensus percusserit aliquem agnatum vel cognatum offendentis habitantem cum prius offendente, infra biennium a die primae factae offensionis.

De falsis. et termino moto: poena aperientis litteras, et scribentis contra commune. Rub. XXV.

LXXXVII v

Statuimus quod si quis in actis publicis tam ciuilibus quam cri-
minalibus, uel in alio publico instrumento, ultima uoluntate,
sententia, laudo, uel compromisso, statutis uel alijs in
communis scripturis falsitatem aliquam commiserit, siue
fabricauerit, uel committi et fabricari fecerit, siue in
radendo, siue scribendo, cassando, incidendo, lace-
rando, uel comburendo, seu alio quocunque modo, tam
falsificans, quam falsificari faciens in libris quadrin-
gentis denariorum condemnetur. sed si in libris, priuilegijs,
rescriptis, mandatis, uel alijs scripturis sigillatis uel
publicatis Domini nostri Papae. Cardinalis, Episcopi, uel
Rectoris Prouinciae in florenis ducentis monetae condem-
netur. Desigillans litteras alicuius praedictorum, uel Domini
communis. non tamen remouens sigillum in libris centum puni-
atur. Si quis uero staderam, pondera, seu mensuras
in communis falsificauerit. uel nomen sibi mutauerit
in praeiudicium alicuius, uel falso se doctorem, uel nota-
rium asseruerit, cum non sit, in libris centum condemnetur.
Rescribens sibi uel alicui habitanti cum eo uel alicui
suo ascendenti, uel descendenti: seu uxori in quaute

ultima voluntate scripta ad petitionem co'dentis ipsam in libris decem puniat. et dictum vetitum no' valeat: nisi aliqd pro sua mercede et labore idem Notarius sibi de voluntate ultima' voluntatem condentis acceperet. Testis seu in iudicio seu ad informatione' curie, ut cora' Arbitris ut Arbitratoribus cum iurame'to scienter falsum deponens, seu tacens ut occultans veritatem in libris ducentis puniat. et eade' poena teneat, q scienter induxerit ut produxerit ipsos falsos testes; seu dicta in fra'. acta, scripturas et alia hmoi falsa. Si qs vero usus scienter p'missis attestationibus, seu actis et libris falsis in aliqua ca' fuerit, in libris centum puniat. Subducens vero ut subducere attentans aliquem testem ut Notariu' vel alia' p'sonam, ut falsum dicat, scribat, vel veritatem taceat. et no' p'ficiens in libris quinquaginta condenet. Et q fuit ad p'missa requirens, si non acceptaverit, faciat in dictu' ad tortura' con' subducere attentante', dumodo sit omni ex'ne maior. si at acceptaverit, sibi no' credat in aliquo: et

similem poenam incurrat. Siquis vero fabricaverit, vel alias fal-
sam monetam fecerit; aut bonam monetam raserit, vel
totonderit, in libris quadringentis condemnetur. et hoc ca-
su quatuor testes de publica voce et fama iuditium ad tor-
turam sufficiens contra talem delinquentem faciant. Li-
ceat tamen impune totam deguastare. Falsificans vero zaf-
faranum, ceram, aurum, argentum, et alia metalla, et
alias quascumque res, cum eis aliquid diversae speciei falso
immiscendo; ut emptorem seu alium decipiat ignoran-
tem ipsam mixturam; si sit maioris valoris duorum florenorum,
in libris centum. si minoris in libris quinquaginta puniatur.
Expendens vero scienter falsam monetam et reprobam
puniatur infrascripto modo. videlicet, pro quolibet aureo in libris
quadraginta. pro quolibet anconitano vel grosso in libris
viginti. et idem de alia moneta superioris valoris ab aureo
infra. Pro alia vero moneta minore in libris decem pu-
niatur. et nihilominus talis moneta falsa per officialem
in platea dominorum Priorum incidatur et extra muros abiiciatur.
Faciens aliquam stampam vel formam, ut cum ea falsa
fabricetur moneta in libris centum puniatur. Domus vero,

uel possessio, in qua sit moneta falsa, si nō sit Pupilli, coi ucō ipso facto applicetur. Preco uel Baiulus falsam faciens relationem in libris uigintiquinque puniat, et in carcere per octo dies detineat. Falsus Procurator, Tutor, Curator, Creditor, et his similes, agens, petens, uel exigens, in libris uigintiquinque condenetur. Committens autem quamcunque aliam falsitatem in alterius preiuditium in alijs, quam premissis casibus, in libris centum puniat. Scribens, dictans, uel portans litteras contra commune et ordinamenta eiusdem poena centum librarum condenetur. et nihilominus omni offitio ucī cōis sit ipso facto priuatus. Aperiens uel dissigillans litteras alterius priuati, uel alterius Dni, ut legat, quod introscriptum est, in uigintiquinque libris puniat. Terminum per cōfinio agrorum fraudulenter remouens, amouens, uel mutans in libris quinquaginta denariorum cōdenet per quolibet termino. Et presumat dnus possessionis laborate, uel nō laborate, iuxta dcm term id fecisse; que presumptio subeat per legitima probatione mae ine in dictis dnus uel quasi fuit de dcō termino

Termini

conquestus, saltem ad infligendã poenam decem libr. tali; contra quem uigeret dicta praesumptio. Et in omnibus et singulis casibus premissis ad damna, expensas et interesse parti lesę condēnetur.

De poena uendentis rem duobus et pro tertiorem alienationem recipientis. Rub. XXVI.

Si quis eandem rem duobus in solidum uendiderit uel aliter alienauerit in libris centum den. cōdēnet.: et nihilominus primo emptori tradat: et a secundo, cui facta fuerit alienatio posterior, auferat: etiam si eidem secundo prior traditio uera uel ficta facta fuisset. Accipiens uero aliquid: seu aliu contractum. uel quasi recipiens praetextu simulati uel ueri tertioris alienius effectis uel alterius poena in libris uigintiquinque puniat: et nihilominus acceptũ restituat, et contractus ipso iure nō ualeat.

De poena petentis plus debito. uel iam solutum. Rub. XXVII.

~~Statuimus quod~~ [illegible]ater petens in iuditio uel coram arbitris uel arbitratoribus plus debito proprie uel improprie: seu

debitum iam solutum, datum, factum, vel satisfactum; in libris vigintiquinque puniatur: et nihilominus in petitione totius debiti condemnetur. Et petere intelligatur, qui iudicio vel cora[m] dictis arbitris ius suum deducit per viam petitionis, libelli exceptionis, vel alterius cuiuscumque modi: et in eis vel aliquo predictorum perseveraverit usque ad litis contestationem vel habitis pro contestata in iudicio.

De poena immittentis ignem. ~~Rub. XXVIII~~. et incidentis pergulas seu vites. Rub. XXVIII.

Quicumque scienter seu studiose ignem immiserit in aliqua domo in Terra Bitonij et eius burgis habitata vel non habitata in libris quadringentis den. condemnetur. Si vero in domo vel cassina habitata posita extra Terram predictam et eius burgos in territorio tamen eiusdem in libris ducentis puniatur. Si autem in domo vel cassina non habitata in libris centumquinquaginta condemnetur. Si vero ignem quis immiserit in blado non messo, seu messo triturato vel non, in area, paleari, palea, foeno, pannis, vestibus, animalibus bruti, et in spolis in libris quinquaginta puniatur. In silvis vero, arboribus fructiferis, vel non fructiferis, lignis, fractis.

spinetis, pratis vel stipularibus ignem immiserit sine licentia
dñi Potestatis vel sui vicemgerentis, et nõ praestita idonea satis-
datione de emendando dãnum, quodcumque ex tali ignis imis-
sione contigerit, in viginti libris puniatur. Si quis au-
tem in arbore, pergula, seu vinea crẽtem inciserit pro
qualibet vite in libris decem condẽnetur. Faciens guastum
in libris quinquaginta puniat(ur). et guastum intelligatur
oẽ dãnum manuale vel cum quacumque re alia ad nocendum
factum in qualibet re mobili vel immobili usque ad valorem
quinque librarum; vel ab inde supra, extimandum per extimatores
coĩs, vel in vineis, hortis et similibus. Et in quolibet supradictorum
casuum delinquens in duplo extimationis dãni domino
debeat condẽnari. Et in omnibus et singulis praedictis casibus
Potestas et quilibet alius officialis iurisdictionem exigendi; cogno-
scendi et terminandi habeat procedentibus indicijs etiam
levioribus, prout sibi videbitur. Et repertos culpabiles
puniendi. Excepto quod contra immittentes ignem in sil-
vis, arboribus, lignis, palis, spinetis, pratis, vel stipula-
ribus sine licentia praedicta, procedi nõ valeat nisi solum ad
accusam vel querelam dãnum passi. Si vero quis ex

aliqua culpa et levissima ignem in alieno miniserit vel etiam in suo. et exinde ignis levius fuerit evagatus, et domũ vel cassinam vicini incenderit, vel aliud dãnum sibi intulerit, ad emendationem dãni dumtaxat dãnum passo teneat: cuius extimatio fiat per duos in arte peritos comiter eligendos. Et idem decernimus in eo, ex cuius domo incendium ortum habuerit ex culpa ibidem habitantiũ vel cõversantium; ut ad dãni dumtaxat inde secuti extimationem teneat.

De furibus, expilatoribus, abigeis, et per vim rem accipientibus
Rub. XXIX.

Statuimus, quod si quis abigeatum, vel expilationem alicuius rei hereditariæ fecerit, aut furatus fuerit. seu furto subtraxerit alicui aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliã rem valoris decem sol. vel abinde infra in libris quinque den. puniat. Si vero à decem solidis supra usque ad viginti, quis aliquid predictorum fecerit, in libr. decem den. condẽnet. A viginti vero solidis supra usque ad quadraginta, in libris viginti quinque puniat. A quadraginta autem usque ad centum in libr.

LXXXXI v

quinquaginta den. condenetur. Si vero quis furatus fuerit
seu aliquid predatorum comiserit a centum solidis supra usque
in decem libris, in libris centum puniatur. A decem vero
libris usque ad quadraginta, siquis furatus fuerit, vel aliquid
ex predatis comiserit, in libris centum quinquaginta conde-
netur. Abinde vero supra, siquis furtum vel aliud ex pre-
missis fecerit, quantacumque fuerit quantitas; seu valor rei
abigeatae, expilatae, vel furto subtractae in libris ducen-
tis den. condenetur. Iniuriose autem accipiens, vel per vim
rapiens aliquam pecuniae quantitatem, vel aliam rem de ma-
nu, capite, vel dorso, seu alio loco alterius in duplum supra-
dictae poenae debeat condemnari. nisi animo non rapiendi
seu derobandi id fecerit; quod presumatur. si incontinenti
et absque mora rem restituerit. Furta autem domestica in me-
dietate supradictarum poenarum puniantur. Furantes autem pan-
nos seu alias res nostri communis, vel alterius Ecclesiae in duplo
dictarum poenarum condemnentur et compellantur. Inveniens
rem alienam, et eam infra tres dies banniri non faciens man-
dato potestatis; vel eam infra dictum tempus domino non restituens
in libris decem puniatur. si res sit valoris quinque librarum.

et ab inde infra. Ab inde vero infra, in solidis quadra-
ginta: et si fieri fecerit tale bannimentum, nō tenentur
restituere, nisi prius restituto bononeno precium soluto.
#: Recipiens ad rem sibi furatam ad poenam nō teneat. ||

De receptatoribus, auxiliatoribus, mandatoribus, instiga-
toribus, et dantibus causam delicto. Rub. XXX.

Statuimus: q. si qs scienter receptauerit aliquem seu proscri̅,
bānitum uel condēnatum in curia gnāli, uel cōis Bitonij
in aliqua domo, cassina, uel possessione et conducta. si
qdem bānitum uel condēnatum p homicidio uel alio
crimine in poena capitali; in libris ducentis cōdēnet.
si aūt in aliqua poena pecuniaria in medietate eiu[s]
poene, qua ille fuerit bānitus uel condēnatus, puniat.
si vero in aliquo ex predictis locis rem furtiuam uel
in ablatam, furem, seu raptorem scienter receptaue-
rit, media poena, qua fures, seu raptores sm̄ formam
statutorum ueniunt puniendi, debeat condēnari. A pre-
dictis aūt excipimus prem̄. mrem̄, filios, nepotes, et uxo-
rem receptantes p unam diem et noctem tm̄. et nō ultra,
|| Ibi adden̄ Statuimus et ordinamus, q si aliqua persona furata fuit usq ad
summam XXV lib. cōdēnet in poenā quadrupli et ad restitutionē rei ablat[ae]
prima uice. Si uero p secunda uice furto subtraxerit usq ad sumā quinquagin-
ta libras. cōdemnet ut sup. nec nō cōdēnet in poenā fustigationis [...]
tas spatas dēē Terra. Si uero tertia uice furto subtraxerit ultra s[...]
tum libras tamq incorrigibilis laqueo suspendat. itaq poenit[...]

LXXXXII v

ti dicta poena puniant. Et Sotari demi leprosi à dicta Terra et eius districtu expellere teneant infra decem dies sub poena centum librarum. Mandatores, suasores vel instigatores aliorum ad aliquod delictum committendum; et delictum fuerit secutum, puniatur ac si ipsum delictum commisisset. Auxilium vero vel consilium praestans delinquenti, seu ipsum associans ~~ad delictum committendum media poena, qua principalis tenetur, punitur.~~ post delictum commissum in quarta parte poenae, qua tenetur principalis delinquens condemnetur; nisi esset coniunctus delinquenti usque ad tertium gradum, quo casu in solidis quadraginta tantum puniatur. Associans vero aliquem bannitum capitaliter sanctae Romanae Ecclesiae per dictam Terram et eius districtum in libris centum puniatur. Instigans aliquem canem ad mordendum, si quidem canis momorderit, puniatur ac si ipse momordisset. Si vero non momorderit in libris quinque puniatur. Si vero instigaret ad mordendum aliquod animal irrationale, et momorderit, puniatur ac si ipse percussisset. Si autem non momorderit

rit, non teneat ad poenam. Si qs inſibilauerit, ſibila-
uerit. vel ſpauentauerit aial. ſuper quo aliqs ſederet,
et ex hoc eqtantem cadere fecerit, puniat ac ſi ipſe ca-
dere feciſſet. Si vero eqtans nō ceciderit in ſolidis qua-
draginta puniat. Mandans vero, inſtigans, perſua-
dens, vel conſilium preſtans alicui, ut delictum com-
mittat; ſi delictum fuerit ſecutum, et poena talis de-
licti exceſſerit qnquaginta libras, puniat in libris
vigintiqnq. Si autem nō fuerit qnquaginta librarum
et ab inde infra, tunc in libris decem condēnet. Decer-
nimus et qd Potas et alij eius offitiales teneant quoſcumq
bānitos et condēnatos poena capitali in gnāli carta ca-
pere, et Illmis Dnis nris vel eorum Locumtenenti noti-
ficare.

De duplicatione poenarum. Rub. XXXI.

Conuenit qcunqz, ut rone perſonarum, loci, et temporis deli-
cta aggrauentur. Idcirco ſtatuimus, qd oēs poene quo-
rumcuqz delictorum occone duplicent in quolt infraſcriptorum
locorum. videlt in Palatio Dominorum Priorum ac etiam

residentię, uel locatis. et eorum porticibꝫ seu logijs. In pla-
tea cōis: et platea intelligatur usque ad Ecclesiam sancte Marie
et Ecclesiam sancte Illuminate, et in Cellis positis tā intus
quā extra Ianuam Bibonij, et in eas et earumque eas claustris,
domibꝫ, logijs, et transitis contiguis, et iuxta ipsas eccle-
sias circū circa per unam cānam. Item si fuerit cōmissa
coram Potestate aut coram dnis Prioribꝫ nrę Terrę: dum si-
mul oēs uel maior pars ipsoꝝ essent congregati: uel corā
Rectore Prouincię: Epō uel eius Vic.o In aliquo cōsilio
uel parlamēto, uel per aliquem seu contra aliquem
ex ipsis dnis Prioribꝫ durante ipsius offo. In domo,
apoteca, et possessione ipsius iniuriati propria uel
conducta. Item in sponsalitijs, nuptijs, tpre cele-
brationis nouellę missę, uel associationis funeris, seu
eius exequiarum, uel in Loco, ubi esset multitudo à xx.
hoībꝫ supra, uel tempore, quo succurrit, ad extinguē-
dum incendium alicuius domus, uel con euntes et
redeuntes ad Consilium publicum, parlamentū, credē-
tiam, uel aliam adunantiā, uel ad rogationes seu

processiones. In festo nativitatis dni nri Iesu xpi. In
die Veneris sancti. In festo sancte Marie de mense
Augusti. In die Sabbatis Resurrectionis cu duobus
sequentibus. Corporis xpi. Ascensionis. Pentecostes
cum duobus sequentibus. Item de nocte. et nox intelliga-
tur a primo sono campane, que pulsat de sero ad lau-
des. usque ad sonu campane. que pulsat de mane ad
prima civitatis Castri dicte Terre et eius comitatus. Si
aut contigerit campanas no pulsari, vel in loco no audiri, nox
intelligatur ab occasu solis usque ad auroram inclusive. Item si
comissa fuerint tempore durantis salui conductus alicui
facti per nos Priores, uel coe. Item si in personam magri pro di-
scipulum. uel in personam nri nicolai pro forensem, uel in persona
alicuius nri officialis, uel ascendentis per descendentem.
Item et si comissa fuerint pro pentem dictum salui conductu
eo durante in persona alterius. Addentes quod concurretibus
11. pluribus ex supradictis qualitatibus poene bis possint dupli-
cari et no ultra. Declarantes quod ubi ex forma aliorum
nrorum statutorum fieret metio de locis publicis, quod loca
publica intelligantur omnia supradicta et no alia. Ac etiam

q. ubicumque per nostra statuta poena imponeretur ipso facto uel ipso iure ut sine diminutione seu remissione: tunc augeri et aliqua qualitate non possit: nec etiam minui uigore beneficiorum a nostris statutis concessorum: sed integraliter imponatur et persoluatur.

De raptu mulierum, adulterio, incestu, stupro, fornicatione: et poena osculantis mulierem. Rub. xxxxii.

Statuimus, quod, siquis mulierem nuptam uel uirginem bone fame uiolenter rapuerit, seu ad terram causa libidinis prostrauerit: aut per uim carnaliter cognouerit: aut stuprum cum puero commiserit, seu in peccatum sodomiticum inciderit, ultra legales uel constitutionum poenas a maioribus Iudicibus generalis curie infligendas. in ducentis ducatis auri puniatur. Retinens uero uxorem alterius uolentem contra tamen uoluntatem mariti in centum ducatis auri condemnetur. Cognoscens uero et non retinens in ducatis quinquaginta puniatur. Siquis autem aliquam mulierem uerbis inhonestis inductiuis ad libidinem attentauerit. aut ad sem cosecrandum quomodocumque inuitauerit in libr.

centum puniat. Si qs ad aliquam mulierē nuptam siue virginem, ut habeat in uxorem, aut viduam violenter osculatus fuerit, ut amplexus fuerit, ducentis ducatis auri puniat. et nihilominus dotare eā condecenter compellat sm̄ ipsius mulieris qualitatem et conditionem. Uxoratus ad concubinam retinens domi uel extra viginti quinque ducatis auri puniat. si ad uxorem nō sēret, in libris quinquaginta condēnetur: et dimitter' cōpellatur. Quae omnes predcē poenē sine diminutiōne persoluant. Et qm̄ pp falsas iniqtatis aliquorū filiorū accusationes, denuntiationes, seu querelas sup incestu, et adulterio, qd inter quasuis psonas pretenditur pfetratū, interdum pturbant' mrīmonia quiescentia, atqz thori periculose et indebite separant', odiaqz et scandala cum plurimā, grauia generant'. Sicco de remedio opportuno prouidere cupientes. Statuimus, qd in criminibz incestus et adulterij nullus ad accusandum, denūtiandū, uel querelandū, priuatim uel publice admittat', nisi maritus, pr̄, mr̄, auus

uel amita: filij et nepotes utriusq sexus usq ad sm gradum inclusiue: fr̃es et sorores, et filij fr̃um et sororum: qui admittant' ex quo domus et generis sui et eorũ quodãmodo prosequunt' iniuriam.

De poena contrahentiũ clandestina m̃rimonia. Rub. XXXIII.

Quia plerumq contingit, ut docuit experientia, ex clandestinis m̃rimonijs nephanda et incestuosa m̃rimonia contrahi et consumari; ac et scandala exoriri q̃m plurima. Ideo statuimus, q si qs contraxerit matrimoniũ cũ aliqua muliere inscijs et inuitis parentibꝫ, uel ad domũ suam mulierem, cum qua sic contraxit, duxerit contra uoluntatem parentum, in ducatis centum auri sine remissione puniat' et condẽnetur. Si autẽ mulierẽ, cum qua et conscijs et uolentibꝫ parentibꝫ m̃rimoniũ contractum fuerat, de domo parentum uel alia, in qua prius habitabat, inscijs uel inuitis predictis dolose, clandestine, uel uiolenter ad domũ suã transduxerit, uel transduci fecerit quoqo mõ in libr. centũ puniat'.

Quod bona delinquentium censeantur comuni pro poena obligata. Rub. XXXIIII.

Quia bona delinquentium saepe in fraudem a delinquentibus alienantur. Ideo decrevimus, quod omnia bona mobilia et immobilia, seu et moventia, iura et actiones delinquentis praesentia et futura sint ipso iure nostro comuni pro poenis obligata. Et omnia bona delinquentis per eumdem alienata infra annum praeteritum a die commissi delicti uxori vel alicui suo cognato, agnato, vel affini usque in tertium gradum, praesumantur in fraudem alienata. et pro dicto delicto et eius poena sint obligata; et contra dicta bona ante alienata in dictas personas fieri debeat executio perinde ac si alienata non fuissent.

De modo procedendi et puniendi delicta, de quibus per statuta non esset poena ordinata. Rub. XXXV.

Quia non possumus singulis omnibus delictorum casibus providere statuimus, quod si de aliquo delicto, damno dato, vel extraordinario per nostra statuta poena determinata non foret, procedat et condemnatio fiat de similibus

ad similia; et id reputet simile et formale delictum, dannum datum, et extraordinarium, quod Potestas cum suo Cancellario declaraverit. Et ubi simile non esset, recurrat ad sacras constitutiones provinciae. quibus deficientibus Potestatis arbitrio iuxta delicti qualitatem imponatur.

De poena proijcientis lapides ad domum alicuius seu super domum. Rub. XXXVI.

Si quis iniuriose proiecerit lapides vel lignum ad domum vel super domum alicuius per propriam vel conductam, vel aliam iniuriam seu violentiam fecerit, si fuerit de nocte solvat pro banno communi libras vigintiquinque denariorum, si de die in medietate dictae poenae debeat condemnari. Sed si minor quatuordecim annis, et maior octo praedicta commiserit. Potestatis arbitrio puniatur.

De poena destruentium domum vel casinam. Rub. XXXVII.

Statuimus, quod si quis destruxerit domum propriam existentem in dicta Terra, vel eam discoperuerit, vel

ut destruat aio no reficiendi. uel in melius aptandi. quod eo aio factum preummat, si infra annum eam no refecerit. ut coopernerit, in libris quinquaginta puniat, et tali domus communi applicet. Liceat tn eam impune destruere p modico. ut modico spatio pro cisterna contiguis domui habitationis ipsius destruentis. Domu at uel cassinam extra dictam terram existentem ppriam liceat impune destruere. Destruens uero domum alienam usq ad quartam partem. et ab inde infra in florenis centum puniat: abinde uero infra in quinquaginta. Destruens at cassinam alienam in libr dece puniat et in oibz dictis casibz ad emendam dam. pno in duplum condepnetur. Decernimus et, q pro executione alicuius ciuilis debiti domus ut cassina intus ut extra dictam terram destrui et discoperiri. uel earu ostia, seu tegulae tolli no possint: poena officiali uel alteri contrafacienti uigintiquinq librarum: et ad emendam teneat in duplum ut supra. Volumus et, q si qs habuerit domum cum alio et p diuiso. unica contignatione contentam, non liceat alteri a latere

perire. uel murum destruere, seu in totum uel in partem, seu eius ostia aperta continue retinere: ex quo posset alteri praeiuditium aliquod seu dannum generari: donec fuerit inter eos paries medius inter rebus communibus expensis iuxta formam nostrorum statutorum; poena uigintiquinque libr. cuilibet contrafacienti cum danni emendatione ut supra.

De poena capientis alienos columbos. uel ad eos balistantis, [illegible] tinentis columbos triumphos, et piscantis in aliena piscaria. Rub. XXXVIIII.

Statuimus, quod mittens rete. uel aliud artifitium pro capiendis columbis domesticis seu columbariarum. uel retinens triumphum, uel proijciens lapides, uel trahens cum arcu, uel balista uel cum pallucteria. super aliquam columbariam uel alibi contra dictos columbos in libris decem puniatur. Et ultra poenam praedictam pro quolibet columbo capto uel interfecto in solidis uiginti pu[illegible] in emendationem domino in duplum teneatur. Capie[illegible] columbos de aliqua columbaria, si de nocte [illegible] tinque. si de die in libris decem puniatur. [illegible] aliena piscaria, uel in ea mittens ingenia

bro

pro piscibus capiendis in libris decem puniat: et pro quolibet pisce capto in solidis viginti, et ad emendationem dãni in duplũ dnõ condẽnetur.

De modo multandi et arb^o nrõ℞ offitialium. Rub. XXXIX.

Statuimus, quod nrõ Potẽti et eius Iudici liceat multã seu poenã imponere pro primo precepto usque ad XL. sol. pro secundo usque in centum solidos pro tertio usque in decem libras. pro quarto usque in XXV. libr. que precepta possint simul eadem die, seu in uno et eodem precepto fieri in scriptis mittendo ex aliqua iusta causa, prout Potẽti uel Iudici uidebit̃. Alijs uero offitialib. usque ad quartam partem dicte multe precipiendi et multandi cõcedimus facultatem. Tempore uero rixe aut rumoris seu tumultus, ubi de aliquo scandalo dubitaret, liceat eidem et alijs offitialib. quascunque multas et poenas imponere etiã sine aliqua scriptura usque in centum solidos pro quolibet precepto. Dicte aũt multe et poene possint per dnm̃ Potẽm et eius offitiales minorari et reduci, prout eis uidebitur usque ad cõdẽnationẽ tamen ferẽd.

De poena turbantis possessionem uel tenutam alterius, et ius sibi ipsa dicentis, et rem locatã nõ restituentis, et quod possessio intelligat̃ continuata in h'edem. Rub. XL.

Si quis inuaserit, turbauerit, ingetauerit, uel molestauerit seu per uim uel alio quocunque modo occupauerit possessionem rei inmobilis pro

alium possessa vel alicuius hereditatis iacentis vel adite quoquo modo vel
vel aliquem in possessione predicta sine licentia possessoris, vel heredis
vel successoris, vel absque licentia de iure valida nisi potestas in libr. XXV.
puniatur; et ipso facto ab omni iure, quod in ipsa re haberet, cadat et priva-
tus sit: et ad restitutionem dicte possessionis occupate, invase, vel turba-
te libere condemnetur. Dicens autem, seu faciens sibi ius propria auctorita-
te sine auctoritate et licentia de iure valida alicuius officialis vel debitoris,
eiusdem vel pro pecunia vel re valoris decem librarum, vel abinde supra,
in libris centum puniatur, et in perditione iuris sui ipso facto minuiato
applicandi. Ab inde vero infra in libris vigintiquinque, et in perditione iuris
sui ut supra. Excepto quod impune civitate liceat sine dicta licentia
capere debitorem suum proprie vel improprie aufugientem, et carceri
presentare. Sic et excepto, quod civitate de dicta terra ac etiam illius gabellario
liceat capere et detinere forensem et eius bona pro gabella seu peda-
gio et pena, et sine dicta licentia libere et impune. Addentes quod omnis
res immobilis possessa per defunctum tempore sue mortis, censeatur dicta
possessio continuata ipso iure cum herede vel successore universali uno vel
pluribus sine alia apprehensione. Committens vero aliquid predictorum in re
immobili in terminam data est si esset debitor in libris vigintiquinque pu-
niatur. Si vero in re mobili in libris quinque puniatur. Et in quolibet dictorum

casurum contra invadentem, turbantem, vel inquietantem talis inquietatus, invasus, vel spoliatus pro comune et locum dicte terre in possessione manuteneat et defendat. Laborator autem, colonus, vel inquilinus finito tempore conductionis vel laborerij denegans reddere vel restituere rem vel domum danti ad laborerium vel locanti quomodocumque in libris viginti quinque puniat. Et nihilominus per Potestatem et eius curiam statim et de facto expellatur de dicta re conducta seu ad laborerium sibi concessa, reponendo locatorem seu dantem ad laborerium in pacifica eius possessione sub dicta poena. Et idem fiat in qualibet alia re precario gratis concessa. Et de predictis omnibus Potestas non possit per inquisitionem et ex mero offitio procedere contra predictos delinquentes: sed tantum ad accusam, denuntiam seu querelam domini seu possessoris vel alterius, qui aliquid predictorum passus fuerit.

De poena seminanti, deguastanti, vel corrumpenti vina, dapes et alias res alterius. Rub. XLI.

Si quis iniuriose seminaverit lolium, avenam, gramatiam vel aliquid simile in agro alieno; vel vinum, uvam, seu bladum alienum effuderit vel sparserit, acetum fecerit, corruperit, vitiaverit, seu in aliquo predictorum vel alijs rebus comestibilibus seu dapibus arenam, felem, urinam, pulverem, fuliginem, seu aliam immunditiem fecerit vel

miserit. si quidem aliquis ex eis commederit uel biberit, in libris vi-ginti quinque puniat. si vero nemo comederit, in medietate dicte poene condenet.

De poena intrantium uel exeuntium aliunde quam per portas, et eas uel murum communis aperientium uel deguastantium. Rub. XLII.

Item statuimus, quod ingrediens intus uel extra Terram Bitonij aliun-de quam per portas uel ostia in libris XX. puniat. Subtus vero portas clausas uel ostia predicta intrans uel exiens in libris decem condenet. Aperiens vero aliquam portam communis clavibus clausam aliter quam cum cla-vibus communis sine licentia Sindicorum uel portanarij in XXV. libris puniat. Frangens uel devastans murum, uerolum, uel alias res communis sine li-centia predictorum Sindicorum in libris quinquaginta puniat; et nihilominus ad emendationem damni dicti communis in duplum condenetur.

De poena seminantis discordiam, seu revelantis credentiam et usulantis. Rub. XLIII.

Statuimus, quod referens aliquod verbum scandalosum, uel discordiam semi-nans, uel dicens alicui, talis ordinat, dicit, operatur contra te, et non esset verum; uel revelans aliquam credentiam iuratam uel non

iuratam, tamen ut secretam teneat, sibi impositam in Consilio generali ut credentie per officialem uel Priores, tempore et loco, quo non debebat, reuelari, in libris uigintiquinque puniatur, et priuetur officio et beneficio nostri comunis. Reuelans autem ad inquisitionem alicuius causa explorande sine licentia seu commissione Priorum uel alicuius officialis in libris .x. puniatur.

De poena prohibentis uel compellentis aliquem testari uel contrahere, uel per uim uel metum aliquid extorquentis. Rub. xliiii.

Decernimus etiam, quod cogens uel compellens aliquem ad testandum uel ultimam uoluntatem faciendum, contrahendum, distrahendum, uel quasi, uel ad aliquod instrumentum faciendum, Item et prohibens aliquem testari, seu aliam ultimam uoluntatem facere, contrahere et distrahere, uel quasi in libris ducentis puniatur et nihilominus ad damna et interesse in duplum illi, in cuius preiudicium aliquid predictorum fieret, condemnetur. Minans autem alicui, si non dat, uel sibi, uel alii non promittit, uel aliquem contractum seu obligationem non facit, seu liberationem uel relictum; uel econtra minans alicui, si aliquid predictorum facit, uel dat, in quinquaginta libris puniatur. Et similiter ad dicta damna et interesse in duplum condemnetur. Et nihilominus talis cogens, prohibens, uel minans

Cv

omni commodo, quod ex tali ultima voluntate, contraxerit vel quasi consecutus fuerit, seu consequi posset, sit ipso iure privatus. Et prohibuisse testari intelligatur, et si Notarium vel testes accedere seu intrare vel rogari prohibuerit; seu aliquibus minis, prece, vel pretio eos abduxerit vel aliter impediverit. Si quis autem per vim vel metus impressionem ab aliqua persona pecunias seu alias res extorserit; vel etiam per se, vel alium, seu per litteras postulaverit, vel taliam sibi imposuerit, vel aliquem redimi fecerit, in quadruplo eius, quod extorserit, postulaverit, redimi fecerit, vel attentaverit, condemnetur; et in duplum eius, quod extorserit, parti restitutionem facere compellatur. Et eadem poena mediatores, nuntij, et alij prebentes in premissis consilium, auxilium, et favorem puniantur.

De poena privati carceris. Rub. XLV.

Statuimus, quod si quis retinuerit aliquem in privato carcere, in compedibus, cippis, vel catenis sine licentia potestatis in libris centum puniatur: nisi persona detenta esset furiosa vel mente capta, vel nisi filius a patre, vel descendens ab ascendente detineretur. In quibus casibus exceptis impunis sit detentio.

De poena extrahentis causas et alibi cognosci procurantis. Rub. xlvi.

Item statuimus quod nemini liceat trahere, ducere, citare, vel citari facere directe vel indirecte aliquam personam iurisdictioni nostri communis subiectam civiliter vel criminaliter, vel quovis modo etiam per rescriptum ad aliud forum, quam ad forum dicti com[mun]is in his casibus, in quibus dictum commune iurisdictionem habet, et si in stro debitor se alibi posse conveniri promiserit, vel fori privilegio renuntiaverit, vel etiam in casu procorrecti, quae aliter quam per iuramentum probata non esset, poena cuilibet contrafacienti centum libr. Et nihilominus omni iure sibi competente sit ipso facto privatus. Et talis tractus, seu citatus defendatur per notarios Priores et com[mun]e sumptibus ipsius com[mun]is, poena cuilibet ex Prioribus centum libr. si contrafecerit, nisi in debitis, de quibus infra mensem in hac nostra terra non esset cognitum, quo casu praesens statutum sibi locum non vindicet.

De poena rumpentis carcerem, seu cameram com[mun]is vel vincula, et de palatio recedentis. Rub. xlvii.

Statuimus et ordinamus, quod studiose frangens, rumpens vel perforans, seu per vim aperiens carcerem com[mun]is, vel eius ostium, cippos seu compedes, aut manicas seu manecas com[mun]is vel officialis,

si fuerit poena detenta in libris quinquaginta: si autem alia poena in libris quadringentis puniatur. Et nihilominus ad omnia et singula damna, expensas et interesse communis, et specialium personarum teneatur. Si vero aliquis predictorum interuenerit in Camera Palatij residentie Potestatis uel eius officio media poena puniatur secundum predictam distinctionem. Recedens uero de Palatio sine licentia Potestatis in solidis uiginti puniatur, nisi in mandato alia fuerit poena expressa et nisi in debitore detento, in quo locum habere decernimus statutum de debitore possidente immobilia positum supra in precedenti libro Ciuilium. Rubrica. XX. Attentans autem aliquis predictorum cum actu proximo et non perficiens media poena puniatur. Recedens autem detentus de dicta camera non tamen frangendo, rumpendo, uel perforando uel per uim aperiendo in libris decem condemnetur. Et in quolibet dictorum casuum detentus habeatur pro confesso conuicto et testibus superato de omnibus et singulis delictis, quorum occasione detineretur.

De poena dequastantis uestes et similia et frangentis murum uel domum alicuius seu scalas apponentis. Rub. XLVIII.

Item statuimus, quod si quis inciserit, laceraverit, deturpaverit, ruperit uel perforaverit pannos, uestem, capsam, guarnelleriam, arma, ornatum, uel aliquid aliud alienum et his similia in libr.

decem puniat. et ad dam̄i emendationem in dupplu dn̄i co͞dem
petur. Si q̄s vero fregerit, vel iniuriose aperuerit, seu ruperit
domum, murum, cassinam, vel monasterium, vel ipsorum ostia
vel in aliquem praedc̄orum locorum maliciose intraverit, vel scalas
appodiaverit. Si quidem in eis aliqua mulier maior duodecim
annis habitaret in libris quadraginta den. puniat. dummodo
mulier sit bone fame. Alias in libris XXV. condemnetur. Si autem
domus vel cassina non essent habitate in dicta poena vigintiquinque
libr. puniat. Masculus aut maior quatuordecim annis ingrediens
monasterium monialium sine licentia Potestatis et Dnōrum Vicarii
si nō maliciose in libr. quinque puniat. Faciens aut monopolium
in libris vigintiquinque puniat.

De poena alienantis rem immobilem forensi. Rub. XLIX.

Item pacem omnium rerum immobiliū sitarum in terra Viconis et eius
districtu decernimus esse quascunque personas, universitates,
villas, et collegium iurisdictioni nri cōis nō subiectas. Statuen-
tes, q͞ si q̄s quomodocunque inter vivos alienaverit aliquā rem immo-
bilem sitam ut supra alicui personae, universitati, et collegio
dicti cōis iurisdictioni nō subiecto in libr. centū puniat. et
nihilominus talis res alienata ipso facto sine alia apprehensione
sit dicti cōis. exceptis Ecclesiis, quas in huiusmodi prohibitione
includi non intendimus.

CIIv

De poena cedentis iura sua potentiori uel non subiecto et paciscentis de quota litis et consulentis utrique parti. Rub. L.

Decernimus, quod cedens aliquod ius, actionem, petitionem uel defensionem alicuius iuris ex titulo donationis non subiecto iurisdictioni communis terre Bitonij: uel aduocato, procuratori, medico, notario, uel alteri potentiori in libris .XXV. tam ipse quam acceptans ipsam cessionem puniatur. Et nihilominus tale ius cessum ipso iure sit dicto communi applicatum; preterquam inter coheredes, consocios, et illos, qui res pro debito possident, uel pro maxime et tutiore rerum apud se consistentium receptione, et preterquam in legatarijs, quibus debita uel actiones seu res alie relicta sunt. Paciscens de quota litis; uel consulens contraria super eadem causa utrique parti; uel aduocatus uel procurator manifestans iura sue partis alteri parti preterquam in iudicio sine uoluntate sui principalis in libris quinquaginta puniatur.

De poena capientis uel subducentis puerum uel puellam seu mulierem. Rub. Li.

Statuimus, quod si quis subtraxerit uel seduxerit aliquem masculum minorem .XVI. annis nolentem sine eius uoluntate parentum uel proximioris agnati seu cognati, si parentes non habuerit, animo ipsum

ducendi extra territorium dicte terre in libris quinquaginta puniatur. Si autem contra voluntatem ipsius minoris et ipsorum parentum in libris centum condemnetur. Subducens autem vel subtrahens aliquam mulierem volentem quidem bone fame contra voluntatem mariti, parentum vel proximiorum agnatorum seu cognatorum et alio deducens in libris quadringentis sine remissione condemnetur. Si autem contra ipsius mulieris voluntatem in libris sexcentis vel supra puniatur. Si autem esset male fame et voluntarie subtraheret contra voluntatem predictorum in libris quinquaginta. Si per vim in libris centum subtrahens condemnetur.

De iniurijs in defunctum vel eius sepulturam, arma vel imaginem illatis. Rub. LII.

Decernimus etiam quod omnes et singule iniurie dicto vel facto illate defuncto seu contra defunctam personam, puniantur ac si contra ipsum viventem illate fuissent, et ad iniuriam revocate. Si quis autem iniuriose extraxerit vel proiecerit ossa alicuius defuncti seu eius corpus, vel iniuriose deguastaverit sepulchrum alicuius in libris centum puniatur. Si autem quis iniuriose deguastaverit gentilitiae arma, figuram vel imaginem alicuius persone vive vel defuncte non sancte in libris quinquaginta puniatur.

De pena aliquid donantis officiali vel cum eo comedentis. Rub. LIII.

Si quis submoverit vel submovere et subducere tentaverit aliquem officialem

CIIIV

et aliquid intetum dicat uel faciat in libris uigintiquinque puniatur: et poena dupli officialis accipiens. Item si quis donauerit aliquid esculentum et poculentum alicui officiali forensi uel eius familiae durante eius officio et ante tempus condicatus in libris decem: et ipse officialis accipiens in dupli dictae poenae condennetur. Et eadem poena puniatur habitator nostrae terrae comedens uel bibens cum ipso officiale forense durante eius officio sine licentia dominorum priorum. et similiter ipse officialis poena dupli teneatur. quod locum sibi decernimus in edentibus et bibentibus in hac nostra terra et eius territorio cum ipsis officialibus.

De poena facientis aliquam incursionem uel caualcatam. Rub. Liiii.

Si quis fecerit aut fieri fecerit aliquam incursionem seu correriam uel caualcatam contra hanc terram et eius uillas et districtum in florenis centum, ultra poenas sacrarum constitutionum a nostris superioribus infligendam, puniatur. si uero contra aliquam ciuitatem, castrum uel terram huic terrae propinquam per triginta miliaria sine licentia priorum huius terrae uel nostrorum superiorum in libris centum puniatur.

De poena facientis rumorem, conuenticulam, seditionem, et uexillum accipientis. Rub. LV.

Statuimus, quod si quis malo animo et impetuose uociferauerit seu clamauerit ad arma, ad stratam accurrite, moriatur, uel uiuat populus, uel aliquem tumultum fecerit; unde gentium congregatio et concursus ultra uiginti

personas insurrexerit, et hoc fecerit sine iusta, euidenti, et legitima
causa in libris quadringentis puniat(ur). Iusta a(utem) causa esse intelligat(ur),
si q(ui)s iniuste u(e)l iniuste offenderet u(e)l derobbaret; seu alia uiolentia
sibi uel alijs inferret in p(er)sona u(e)l rebus: quo casu talis habens iusta(m)
causam authoritate p(rese)ntis statuti sit ip(s)o iure absolutus. Si autem ex
dicta uociferatione et acclamatione congregatio et co(n)cursus dictaru(m)
p(er)sonaru(m) no(n) sequeret(ur): in libris centum puniatur. Si q(ui)s a(utem) dolo aliqua(m)
seditionem fecerit, puta dicendo. perche no(n) so delli Priori, del conse:
glio, come tu; et his similia: in libris q(ui)nq(ua)g(int)a puniat(ur). Faciens uero aliqua(m)
illicitam conuenticulam, coniurationem, sectam; u(e)l congregans gente(m):
seu receptans contra pacificu(m) statum dicte terre in libris mille co(n)dene:
tur. Nominans a(utem) aliquam partem guelfam u(e)l gebillinam. u(e)l sectam,
tacite u(e)l expresse. directe u(e)l indirecte sine tumultu u(e)l uociferatione
in libris uiginti q(ui)nq(ue) puniat(ur). Faciens iniuriose sequelam alicui per
d(ic)tam terram u(e)l districtum in libris decem p(ro) quolibet puniat(ur): nisi tempore
nuptiaru(m), sponsalicior(um), funeris, u(e)l quando iret extra districtum. uel
tempore guerre. Et intelligat(ur) sequela iniuriosa, q(ua)n(do) q(ui)nq(ue) uel ultra
sequerentur unum uel plures p(er) d(ic)tam terram cum armis uel sine ad
emulationem alicuius sine honesta et le(gitt)ima causa potestatis arb(itri)o relinquen-
da. Denuntians a(utem) u(e)l reuelans nominatim aliquam partem u(e)l sectam etia(m)
sine scriptis habeat quarta(m) partem poene, et teneat(ur) secretus. Pulsans
uero aliqua(m) campanam ad arma impetuose, u(e)l et inde aliquod

delictum uel malum sequatur inter socios dictae terrae in libris quadringentis puniatur: et non teneatur ad poenam. Faciens autem aliquam seditionem in uel ipsam maliciose ordinans in libris centum puniatur. Impetuose uexillum com(mun)is accipiens sine licentia Priorum: uel capsettam paruam com(mun)is, ubi sunt bussulae officiorum, sine licentia ipsorum Priorum et generalis consilii in libris quadringentis puniatur sine remissione.

De poena delinquentis extra territorium. Rub. lvi.

Delinquentes extra territorium dictae terrae, siquidem contra terrigenam uel districtualem dictae terrae, contra ipsum procedatur et puniatur, prout ac si delictum esset commissum intra territorium dictae terrae. Et similiter puniatur ludens ad ludum prohibitum cum terrigena. Si autem cum forense delictum extra territorium commissum fuerit, uel ludus prohibitus factus fuerit, in medietate dictae poenae puniatur. Et in omnibus dictis casibus quoad modum procedendi, sententiandi et exequendi et poenas imponendi praesumantur delicta praedicta extra commissa in territorio dictae terrae, et ante de factis statuti ut praesumptio iuris et de iure, itaque non admittatur probatio in contrarium etiam per confessionem. Forensis uero delinquens contra aliquem terrigenam extra dictum territorium, siquo tempore territorium uel districtum dictae terrae intrauerit, per ipso introitu poenam centum librarum incurrat.

De poena extrahentis aves, pisces et alia animalia silvestria de retibus et ingenijs alienis. Rub. lvii.

Si quis extraxerit, acceperit, vel exportaverit pisces, aves, capreolum seu alia animalia silvestria vel volatilia de retibus, laqueis, taleolis, cenato, vel alijs ingenijs alienis, vel ex ore alieni canis, in libris quinque puniatur. Et nihilominus ad restitutionem eius, quod accepit, pro(?) in duplum restituere compellatur. Si quis vero aliquod predictorum vel seram deguastaverit, in libris quinque puniatur: et nihilominus ad damni emendationem similiter in duplum pro compellatur.

De poena mutantis sibi nomen vel illud negantis. Rub. lviii.

Item statuimus, quod si quis accusatus, denuntiatus, inquisitus, inventus, vel aliquo modo coram in iudicio vel extra interrogatus per Potestatem domini Terre vel aliquem ex officialibus de se eius nomine, mutaverit sibi proprium nomen vel sui patris, seu illud negaverit, vel exprimere noluerit, ex hoc solo de facto et sine aliquo processu in libris quinque puniatur sine diminutione: de quo stetur dicto officialis cum uno teste fidedigno.

Quod ultimo mense offitij non possint sententie absolutorie fieri. Rub. lix.

Quia consuevere Potestates in fine offitij se gratiosiores omnibus exhibere. Ideo decernimus, quod nullus Potestas et alius officialis, qui pro tempore fuerit,

nõ possit ultimo mense sui officij in criminalibus causis seu civilibus absolu-
torias sñias tam interlocutorias q̃ diffinitivas ferre. nec aliquem
absolvendum et pronuntiare. Et si contra fiet. sñia sit ipso iure
nulla: et habeat perinde ac si sententiatum nõ esset. Et nihilominus
Potãs seu Officialis contrafaciens poenam quinquaginta librarum incurrat.
de suo salario tempore sindicatus retinendarum.

De libris consignandis ante finem officij. Rub. LX.

Decrevimus. quod Potestas p quatuor dies ante finem sui offij. Dnis
Sindicis, Cancellario et Sindico, Statuta integra et incorrupta ei-
dem consignata. Item libros suos et suorum predecessorum, qui ad eius
manus devenerunt, et similr̃ q̃slibet. et alias quascumq; scripturas
tempore sui offij et illius occone factas. et ad eorum manus pervenitas
cum inventario et annotatione processuum pendentiũ et numero car-
tarum determinato assignare debeat sub sigillo. poena. xxv. libr̃. den̄.
de suo salario retinendarum.

De gratijs super condẽnationibus faciendis. Rub. LXI.

Decrevimus, q̃ de condẽnationibus criminalibus pecuniarijs possit gra-
tiam de quarta parte poenae. et non ultra. dummodo in Consilio ge-
nerali supplicet. Et si secus fieret non valeat nec teneat ipso

iure. Et si q̃s contrarium arrẽgauerit, incidat in poenã .XXV. li-
brarũ sine aliqua diminutione.

De poena impedientium Baiulos. Rub. LXII.

Statuimus, q̃ opponens se Baiulo ñri cõis. et nõ permittens eũ pignora capere, seu executionem sibi cõmissam facere, poenam uiginti sol. ipso facto soluere compellat. Qui autem pignus uel tenutam per ipsum Baiulum captam abstulerit in sol. quadraginta uice qualĩe ipso facto puniat: et pignus seu tenutã ablatam incontinenti restituer cõpellat. Qui aũt uerbis tñ se opposuerit, uel minando ipsi Baiũ seu dõ prohibendo, poenam .X. sol. ipso fc̃o incurrat. Et relationi ipsius Baiuli in premissis uolumus plenam fidem adhiberi: nisi opponẽte seu prohibentem contrariũ probaret.

De poena euntium in alicuius auxilium. Rub. LXIII.

Ad compescendam leuium hoium temeritatem. statuimus, q̃ nullus nr̃e terrigena seu eius incola audeat uel presumat solus uel cũ comitiua extra nrũ territorium ire in auxiliũ uel succursũ alicuius terrę, Ca-stri uel uillę, aut alicuius dñi, Capitanei, Conestabilis, conductoris, uel alicuius exercitus, congregationis uel turbę alicuius gentium quoris noĩe nũcuparetur, in prouincia uel extra, sine expressa licentia dñor. Priorũ et Conãlij credentiae: salua tñ semp auctoritate nostrę

CVI v

suspiorum, sub poena quinquaginta libr. den. pro quolibet et uice qualibet et pro quolibet de comitiua .xxv. libr. Si uero quis cum comitiua uel sine iret extra nostrum territorium causa uidendi, caualcandi, predandi, offendendi, iniuriandi, uel damnum inferendi alicui ciuitati, ciuitati, terre, castro, uille, uniuersitati, genti, congregationi, exercitui uel turbe cuiuscunque domini. Capitanei. Conestabilis. Conductierij. uel alterius cuiuscunque sine licentia nostri generalis Consilij, pro quolibet et uice qualibet in libris centum comuni condemnetur. Et si quod damnum ex premissis uel aliquo premissorum nostro comuni seu alicui particulari persone eiusdem contigerit substinere, talis uadens et eius comitiua illud teneantur resarcire de facto. Et nihilominus ad omnem predam, quam fecerint, furtum, seu captionem quandocunque restituendam de facto penitus compellantur. Et comitiua intelligatur prout supra in statuto de insultu exhibit ~~condemnat~~ declaratum. Et hoc casu nostri Potestas arbitrium habeat eis precipiendi: ne uadant sub poena centum florenorum: et poenam predictam a quolibet contrafaciente de facto exigendi.

De poena aliquid delentium uel cancellantium de statutis nostri comunis. rub. LXVIII.

Vt statuta nostri comunis illesa et incorrupta remaneant. statuimus, quod nemo

audeat vel presumat statuta in hoc nro volumine contenta, seu aliqd ipsorum, aut ipsum volumen in totum, vel in partem delere, cancellare, dilacerare, furari, occultare, cassare, radere, vel quovis modo vituperare, aut maculare. Contrafaciens at pro qualibet et vice qualibet in libris denariorum quadringentis de facto et sine remissione puniatur in quolibet predictorum casuum: et omni comodo, honore, privilegio, beneficio et offitio civili cois perpetuo sit ipso facto privatus et exclusus: et in loco ab hac Terra distante per viginti quinque miliaria per duos annos releget. Et, ut offitiales nri, qui pro tempore fuerint, ipsa statuta illesa habeant custodire, volumus, qd ipsum volumen statutorum per sindicum nri cois in principio offitij nri Potestatis per inventarium et numerationem cartarum integrum et illesum cum rogatione nri Cancellarij ipsi Potestati et sue curie consignet. qua consignatione facta idem Potestas ad eius custodiam teneat toto durante tempore sui offitij. et in fine offitij teneat illud, prout receperit, integrum et illesum nro coi una cum libris sui offitij reassignare: poena ipsi Potestati contrafacienti quadringentarum librarum de facto tempore sui sindicatus retinendarum et exigendarum. et nro coi applicandarum. Et ad interesse nihilominus nostri cois teneat et reficere compellat.

De mitigatione poenarum ex certis causis. Rub LXV.

Decet delicta pro personarum et factorum qualitate puniri. Ideo statuimus, quod mulieres cuiuscunque etatis, et masculi maiores duodecim annis et minores sedecim de delictis per eos commissis in medietate eius poene, qua maiores sedecim annis tenerentur, puniantur: dummodo non intervenerit cicatrix enormis, seu signum vituperabile perpetuo remansurum in facie, seu collo; ossis fractura, debilitatio seu abscisio alicuius membri vel eius officii. Minores vero masculi vel foemine duodecim annis, et maiores octo mitius arbitrio nostri Potestatis puniantur. Minores autem octo ad nullam poenam teneantur. Maiores autem sedecim annis masculi integra poena pecuniaria puniantur. Delicta autem non dolose, sed lata culpa commissa in quarta parte minus, quam puniventur dolose commissa, puniri decernimus. Si autem levi culpa committerentur: utputa si nolens unum offendere, alium offenderit, in medietate poene, qua dolose delinquens veniret puniendus, talis delinquens condemnetur. Delicta vero commissa inter consanguineos et affines usque in tertium gradum secundum ius canonicum computandum aut inter familiares et domesticos ad invicem habitantes ad unum panem et vinum in medietate poenarum in presenti volumine nostrorum statutorum contentarum puniri volumus. Si quis vero deliquerit in personam alicuius minoris quatuordecim annis arbitrio nostri Potestatis et presides Rectores personarum et delicti qualitate pensata puniantur.

Item delicta in personas vel res forensium comissa media poena puniantur, et Scri pro nemicolum fiant.

De poena provocantis aliquem ad duellum. Rub. LXVI.

Pacem inter nos incolas optantes. Statuimus, quod siquis in hac terra et eius districtu, seu contra, alium vel terrigenam vel forensem ad bellum seu pugnam provocaverit, seu invitaverit, aut per se vel alium regerierit ad duellum in libris viginti quinque nostro comuni condemnetur. Habeatque ipse Potestas Liberum arbitrium cogendi provocantem et invitantem, ac etiam provocatum et invitatum ad pacem et treguam faciendam: et recusantem multandi, et ad confinia mittendi prout sibi expediens videbitur.

De denuntiationibus maleficiorum. Rub. LXVII.

Ne pretextu ignorantie delicta remaneant impunita. Statuimus, quod in principio officij cuiuslibet nostri Potestatis, Domini Priores, qui pro tempore fuerint, una cum ipso Potestate teneantur et debeant deputare decemviros: videlicet duos pro qualibet contrata, unum pro Terra et alium pro comitatu iuratos et secretos; qui omnia maleficia, crimina et delicta, que comitterentur in eorum contratis teneantur nostro

Potas. ipsa tertium diem a die commissi delicti computanda referre ac notificare sub poena quinque librarum denariorum pro quolibet et vice quolibet de facto occurrenda. Et dicti Potas et Priores teneantur dictos decem deputatos secretos tenere. et non manifestari sub poena privationis offitij et beneficij nostri comunis. et librarum viginti quinque pro quolibet contrafaciente de facto exigendarum. Et Potas. qui pro tempore fuit, vinculo iuramenti et poena .XXV. libr. de suo salario retinendarum dictam deputationem fieri faciat. Et dictos deputatos singulis mensibus monere debeat: ut inquirant et deferant maleficia in eorum contratis commissa seu committenda sub predicta poena.

De poenis maleficiorum inter terrigenas et forenses commissorum. Rub. ~~Lxix~~. Lxviii.

Equalitatem servari cupientes. statuimus, quod pro maleficijs, criminibus, et delictis inter forenses. seu iurisdictioni comunis nostri non suppositos, et incolas nostra committendis: eandem nostri incola de maleficio, crimine, aut delicto per eum commisso poenam condemnationis solvere teneatur; quam forensis vel nostra iurisdictioni non suppositus ~~poenam~~ condemnationis de delicto per eum commisso in personam nostri incole solverit aut solvere fuit.

De inceptoribus rixarum. Rub. lxix.

Statuimus etiam, quod quicunque fuerit inceptor seu principium alicuius rixe, dicto vel facto: ex quo inter aliquos oriretur, vel insurgeret iniuria, insultus, percussio, seu quelibet alia offensio cum sanguine vel sine. in poena duplicata. quam ex forma nostrorum statutorum imponeret, condemnetur.

De poena vulneranti vel interficientis animal alienum. Rub. lxx.

Item statuimus et ordinamus, quod vulnerans alienum animal grossum cum sanguine pro quolibet vulnere in solidis centum. si sine sanguine in solidis viginti puniatur. si autem interfecerit, in libris quinquaginta condemnetur. si autem aliquod predictorum interuenerit in aliquo animali minuto habita predicta distinctione media poena puniatur. Percutiens vero aliud animal volatile alterius cum sanguine vel sine in solidis duobus. Interficiens autem in solidis viginti puniatur. Si quis vero examen alienum inclusum in aliena arbore vel alueo interfecerit, fugauerit, amouerit, vel substraxerit, vel aliter deguastauerit in libris viginti condemnetur. Si quis autem in propria eius possessione vel conducta, seu ad laboritium retenta vulnerauerit, vel interfecerit aliquod ex dictis animalibus inuentum damnum dando in medietate predictarum poenarum puniatur. et nihilominus in quolibet supradictorum casuum ad emendationem damni et interesse domino animalis teneatur.

De poena officialium nō habentium manus mundas. Rub. lxxi.

Rationi congruum esse dignoscimus, ut qui ex publico salarium recipit, suo debeat esse contentus stipendio. Ideo statuimus, q̄ nemo ex nr̄is officialib͡ʒ vel eorū familiaribꝫ audeat vel presumat, ultra salarium sibi ex forma sue electionis concessum, aliqd accipere vel modo aliquo extorquere quavis de causa aliʼqz ex forma nostrorū statutorū foret sibi permissum. et si fuerit esculentū vel poculentum. Et qui contrafecerit pro quolibet et vice qualibet nostro cōmuni condēnetur pro ut infra. Si qs vero familiariter seu domestice cum aliquo ex incolis nr̄e terre conversaret͡ʼ, bibendo, comedendo, vel dormiendo, seu cū ipsis ludendo poena pdc̄a puniat͡ʼ. Si qs at ex dictis officialib͡ʒ corruptelam, baratteriam, seu simoniam aliquam fecerit in libris quinquaginta condēn͡ʼ et et in duplum rei accepte teneat͡ʼ. Et eadem cum ipsis officialib͡ʒ baratteriam facientes poena puniantur. Et mediatores ipsi censeant͡ʼ testes idonei, et ad ipsam probandā admittantur.

De exactionib͡ʒ condēnationum. Rub. lxxii.

Statuimus etʼ, q̄ nr̄ Potas, q̄ pro tpē fuerit, teneat͡ʼ ex ipsiʼ grati et sine mercede aliqua oēs et singulas poenas cōdēnationū et dānorū datorū tempore suo et suorū in offitio precessorū latarū

ctis ipse poena condẽnationis non tradita tempore indicatus in suo computent salario.

De poena immittentium calcem, vel quid simile in fluminibus publicis vel privatis seu rivis. Rub. LXXIII.

Item statuimus, quod nemo immittat aut proijciat in fluminibus publicis vel privatis calcem, vel quid simile, per quod pisces moriantur, excecentur, vel alias destruantur poena viginti quinque librarum denariorum a quolibet contrafaciente et vice qualibet conmutenda et com. applicanda: cuius quarta pars sit accusatoris, et teneatur secretus.

De premio concesso capienti furem et curie assignanti: rub. LXXIIII.

Si quis ceperit et curie nostri Status assignaverit. et in eius fortiam deduxerit furem, qui furtum in dicta terra et eius territorio comiserit, pro eius premio lucretur et consequi debeat a nostro com. Lib. XXV. den.

De poena conducentis decimas. Rub. LXXV.

~~Decernimus quod nullus laycus possit conducere, emere seu quomodolibet aggabellare aliquas decimas alicuius Ecclesie ab aliquo prelato vel persona ecclesiastica seu clerico poena centum solidorum pro qualibet vice.~~

De poena retinentium pecudes seu alia animalia forensium in nostro territorio. Rub. LXXVI.

Statuimus, quod nullus terrigena vel forensis audeat vel praesumat ducere vel retinere in territorio dictae terrae pecudes seu alia animalia forensium ad pasculandum. Contrafaciens ad poenam decem librarum incurrat pro quolibet grege, armento, seu turba ipsarum pecudum et animalium, et quolibet die, quo steterint. Et possint a quolibet libere et impune e dicto territorio expelli: Et expellentes per commune defendant ubique et conservent indemnes. Et ultra dictam poenam retinentes in dicto territorio praedicta animalia pecudina solvant nostro communi solidos quatuor pro quolibet centenario ipsarum pecudum.

De poena impedientis reductionem fieri ad curiam de animalibus damnum dantibus. Rub. LXXVII.

Impediens aliquem reducere ad curiam nostri Potestatis animalia aliena reperta damnum dare in eius propria possessione, vel conducta seu ad laboritium recepta, quorum animalium dominum vel possessorem ipse reducens ignoraret: siquidem per vim transferendo ipsa animalia vel alio facto se opponendo ipsi reducenti in libris decem ipso facto puniatur. Si ab verbis minatoriis prohibendo ne reducant, medietate poenae praedictae solvere compellatur.

De poena immittentis ignem in stipulis. Rub. lxxviii.

Decernimus et ordinamus, quod nemini liceat immittere ignem in stipulis suis vel alienis ventis prope aliquod quercetum. Et contra faciens in libris quinquaginta denariorum puniatur, et ad damni emendationem compellatur.

De poena committentis homicidium vel mandantis fieri. Rub. lxxix.

Item addentes statuimus et ordinamus, quod si quis dolose vel studiose fecerit, seu fieri fecerit homicidium, capite puniatur, ita quod penitus moriatur. Si vero in fortiam curiae communis Bitonij non pervenerit, exbanniatur, et condemnetur perpetuo in dicta poena, et omnia eius bona devastentur et confiscentur ~~dicto~~ communi. Et eadem poena puniatur homicidium fieri mandans, si ex mandato homicidium fuerit subsecutum. Et si homicidium subsecutum non fuerit, ex mandato solo condemnetur mandans in quinquaginta florenis auri sine aliqua diminutione. Praestantes vero auxilium, consilium vel favorem ad homicidium committendum poena centum florenorum auri pro quolibet puniantur. Si vero non dolose nec studiose homicidium commiserit in centum florenis auri condemnari debeat.

Quod nullus Bitontinus vendat bona stabilia mulieri Bitontinae nuptae forensi. Rub. lxxx.

Item statuentes decernimus et ordinamus, quod nullus Bitontinus cuiuscumque conditionis, status aut gradus extiterit, habens possessiones et bona stabilia in dicta terra Bitonij et eius districtu audeat vel praesumat per se vel alium directe vel indirecte, publice vel occulte quovis modo aut

quesito colore dictas possessiones et bona alieni mulieri Bitontinae nupta forensi, nec eius filijs, aut alijs pro eis recipientib. undecumque fuerint, vendere permutare. ~~donare~~ pignorare, obligare vel alio quocumque modo alienare, per instrumentum. ~~codicillum testamentum codicillum~~ seu aliquem alium contractum cum scriptura vel sine, sub poena centum florenorum Camerae Dominoes pro dimidia applicandorum: et pro alia dimidia Camerae cois Bitonti, accusatori et executori pro equalib. portionib. Et nihilominus si contrafactum fuerit, talis, venditio, ~~donatio~~, permutatio, pignoratio, obligatio et alienatio non valeat nec teneat ipso iure, nec alicuius sit roboris vel momenti, perinde ac si cum dolo et fraude facta extitisset. non obstantib. statutis, consuetudinib. et alijs in contrarium forsitan facientib. etiam si talia essent, de quib. hic specialis mentio fieri deberet. et quorum tenores de verbo ad verbum inserendi essent.

De extraordinarijs criminibus, et modo et forma in eis procedendi. Rub. I

Post civilium, criminaliumque iudiciorum, maiorumque eorum tractatus; in quibus certam procedendi formam, ordinemque in superioribus libris tradidimus, non abre quaedam alia nunc ultro se offerunt, quae de leniora, non tamen minus ad politicos mores, et ad bene recteque vivendi normam conferre videntur. Haec non immerito extraordinaria nuncupantur: nam dum in eis de modico agatur praeiuditio contra ordinem iuris civilis solet omni abiecta iudiciarij ordinis solemnitate. Hunc igitur librum de extraordinarijs delictis inscripsimus. In quibus idem cognoscendi et puniendi potestatem dicti Ferre, et quemque eius officialis in solidum iurisdictionem et potestatem habeat et de facto et sine scriptis, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicij sola facti veritate inspecta diebus quibuscumque et in honorem Dei feriatis iuris et iudicij solemnitatibus praetermissis. Super quibus et per inventionem, inquisitionem, accusationem, seu denuntiationem procedendi eisdem facultatem concedimus. Et de praedictis delictis officiali ipsi invenienti vel videnti aut uni testi idoneo plenam decernimus fidem adhibendam; perinde ac si per duos fidedignos testes probatum foret. et si tali officiali innovirati aliqua poenae portio ex forma alicuius statuti deberetur.

Decernentes vero huiusmodi poenas extraordinarias per bulletas seu apodissas manu ipsius officialis fiendas, et per nostri communis generalem Camerarium subscribendas, dicto Camerario de facto et sine remissione aliqua persolvendas et non aliter: poena ipsi officiali contrafacienti .x. librarum ipso facto infligenda qualibet vice. Teneantur quoque et dictus officialis de omnibus extraordinariis inventionibus per eum factis in duos dies a die facte inventionis numerandos copiam ad cameram nostri communis mittere sub poena predicta. et nihilominus inventio aliter non valeat, et officialis ad interesse nostri communis teneatur.

De diebus festis colendis et poena contrafacientium. Rub. ii.

Inter cetera divine legis precepta, quibus mortales obtemperare iubentur: hoc potissimum sancitum erat; ut sabbata sanctificarentur. et in his debitus Deo tribueretur honos. Nos talem legem a summo rerum opifice antiquitus constitutam imitantes, et poenarum adiectione vallantes, has nostra in perpetuum valitura municipali lege decernimus: quod omnes dies dominici, dies tres natalis domini, circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis domini cum diebus duobus sequentibus, Ascensionis domini cum uno sequenti; Pentecostes cum duobus sequentibus, Corporis christi, Purificationis Beate Marie Virginis, Conceptionis Nativitatis, Annunciationis, et Assumptionis eiusdem debeant-

omni qua decet reverentia celebrari et ab omnibus custodiri: In quibus die-
bus debeat unusquisque ab omni laborerio et servili opere se abstinere.
Contrafaciens autem generaliter laborando, vel cum animalibus, seu unus ipsorum
animalibus bastum portando cum salma vel sine, vel retinendo
apothecam apertam, vel aliquod aliud laborerium, vel opus mecha-
nicum seu servile faciendo in solidis viginti sine remissione puni-
atur. Et tale bastum igni publice in platea tradatur et comburatur.
Item quod in festivitatibus duodecim Apostolorum, quatuor Evangeli-
starum et omnium sanctorum nemini liceat laborare vel servile seu
aliquod mechanicum opus facere generaliter vel cum animalibus poena x sol.
In aliis autem festivitatibus, videlicet sanctae Crucis de mense Maij,
sancti Hieronymi, sancti Augustini, sancti Francisci, sancti
Georgij, sancti Bern.ri, sancti Michaelis de mense septembris, san-
cti Benedicti, sancti Silvestri, sancti Nicolai, utriusque sancti
Antonij tam de Padua quam de Viena, sancti Laurentij, sancti Sebasti-
ani, sancti Blasij, sancti Gregorij, sancti Martini Episcopi, sanctae Ca-
therinae, sanctae Luciae, sanctae Mariae Magdalenae, sanctae Barbarae,
sancti Crispoliti, Beati Petri heremitae, sanctae Annae, sancti Egi-
dij, sancti Joseph, et in diebus veneris sancti de mense Martij, et quatuor
festivitatum et dierum vel laborantes, vel mechanicum seu servile opus
faciens in poena quinque sol. In omnibus autem supradictis festivitatibus quilibet
officialis procedere valeat ut supra dictum est: ~~[illegible]~~ necessaris

CXIIIv

caduc[is] impratis. nundinis, que in hac terra celebrant[ur] de mense 7bris. In q[ui]b[us] liceat etiam in die festo res ad nundinas quomodocu[m]q[ue] p[er]tinentes su[m]p[tibus] a[n]i[m]alib[us] apportare impune. Item lateres. lapides, seu calcem coquentib[us] in fornace, dummodo ignem apponere in supradictis dieb[us] n[on] incipiant. Item redeuntib[us] extra dictam terram et eius districtum cum salmis vel sine. Item portantib[us] aquam p[er]sonalit[er] pro uictu necessariam. Item colligentib[us] et portantib[us] p[er]sonalit[er] de fructib[us] uinee vel horti pro quotidiano usu. Item trahentib[us] cum bob[us] in p[re]missis ulterius minorib[us] festiuitatib[us] tantum ligna grossiora et lapides magnos. Item forensibus uenientib[us] ad hanc terram et eius districtum cum salmis vel sine vel in ea aliquid uendentib[us]. Item in casu, quo contigerit aliquos p[re]missor[um] festor[um] esse in die fori vel nundinar[um], tunc liceat unicuiq[ue] tenere apothecas apertas et uendere et res uenales portare cu[m] salmis vel sine libere et impune. Liceat etiam in p[re]dictis festis medici flebotomari, et[iam] a[lia], ubi medicine fuerint, honeste tenere aperta, et res medicinales pro necessitatib[us] infirmor[um] uendere. Liceatq[ue] et in premissis festiuitatib[us], p[re]terq[uam] in primis solemniorib[us] uias aptare, et alia opera p[ro] co[mmun]i, vel pro aliqua eccl[es]ia, seu aliqua in[e]vitabili necessitate facere impune, petita tamen licentia sen[ator]is seu [ill]ius

licentia et obtenta. Prohibemus autem apothecas tenere apertas eo tempore, quo rogationes fiunt, et processiones per terram fiunt nadare poena qq sol. Dies at festi intelligant vigintiquatuor horas numerandas a sero festum precedente usq ad aliud serum, quo stelle solite sunt in coelum apparere. Liceat etiam unicuiq in dictis dieb festivis vendere quoscunq fructus, ova, caseum, aves, pullos, agnos, edos, pisces, et alia animalia sine fraude. Ad premissas at poenas exactionem procedi nolumus, dummodo festivitates predicte fuerint p loca publica terre predicte consueta die ipsum festum precedente preconizata seu bannita de mandato nri Potestatis, quas banniri faciat poena decem libras pro qualibet vice, qua contrafecerit. Exceptis dieb dominicis et alijs dni nri Iesu xpi et eius gloriose mris Marie Virginis et eius Apostolorum quas banniri no oportere decernimus, et absq precedentib bannimentis vigiles custodiri sub premissis poenis iubemus. Superadicti at omni poenas quarta pars offitiali inveniente, et alis quomodolibet accedent et facienti in effectu poenas in cu devenire, debeatur. Nec p Potestatem aut Priores aliqua concedi licentia in premissis festivitatib laborandi, seu aliquod opus servile faciendi, preterq in ultimis minorib, et in illis non nisi ex rationabilibus causa.

CXIV v

De poena euntium post tertium sonum campane. vel retinentium aliquem in hospitio uel taberna. Rub. iii.

Cum scriptum est, quod qui male agit, odit lucem. Idcirco ad obuiandum multis criminibus, que nocturno potissimum tempore comitti consueuerunt. Statuimus, quod si quis fuerit inuentus ire de nocte per dictam terram Bibonij et eius burgos sine lumine accenso vel sine igne. vel retinere ostium apertum. vel scalas de ligno extra domum post tertium sonum campane dicti comunis, que pulsatur de sero, et ante sonum campane alicuius ecclesie que pulsatur de mane ad Aue Maria. in quolibet casu soluat pro pena ... Exceptis euntibus et redeuntibus supra dictam terram et custodibus de nocte. Et si talis sic inuentus fuit aliqua persona male conditionis et fame: vel alias de aliquo crimine suspecta. cuius rei iuditium ipsius Potestatis arbitrio remittimus; possit ipse Potestas et eius officiales dictum inuentum in palatio vel carcere detinere etiam per totam diem sequentem, et demum inquirere et diligenter inuestigare per quemcumque modum quem ei melius uidebitur expedire; an ea nocte furtum vel aliud crimen fuerit comissum. quod si compertum fuerit, sit urgens inditium contra talem sic inuentum super comisso crimine, pensata semper et considerata persone, loci, temporis et criminis qualitate; que omnia in ipsius Potestatis prudentia remaneat. Si quis

retinuerit aliquem de dicta terra vel in ea habitantem in hospitio vel taberna de nocte intellecta ut supra in ingniti totiens puniatur ut supra: nisi esset famulus vel domesticus ipsius hospitatoris vel tabernarii, vel nisi vurgente et evidente necessitate id faceret. Quorum quidem bannorum seu poenarum quarta pars sit officialis invenientis vel accusantis in comuni poenam venire facientis.

De poena ludentium, receptantium et cum ludentibus contrahentium. Rub. IIII.

Ludi crimen satis Deo detestabile et hominibus pernitiosum fore arbitrantes, ex quo furta, cedes et blasfemie quotidie occurruntur. Decernimus quod nemini in dicta terra et eius districtu et etiam extra liceat ludere ad ludum Alee, Azzardi, Tacillorum, Tabularum, Cartarum et cuiuscumque alterius generis ludi: in quo pecunie vel res aliae perderent vel vincerent. contrafaciens ad poenam quinque librarum denariorum puniatur pro quolibet et vice qualibet: excepto ludo scacchorum, pile, plastrelle, saltationis, iacutationis: et aliis huiusmodi ludis quod virtutis seu fortitudinis alicuius ostendende gratia fiunt. Singulis usque ad summam decem bononenorum pro quolibet ludente et qualibet die ludere liceat impune, et non ultra dictam summam sub poena predicta. Excepto etiam quod ad ludum tabularum et triumphorum liceat

aliqd potabile uel comestibile, qd octo bononenos ualorē nō
excedat, impune ludere inter omnes colludentes quotis die in pla
tea et in palatijs cōis tantūmodo et nō alibi: conuiuandi dumta-
xat causa. itaqz cōiter et equalr res predicta inter eos cōsumant
alr sit locus poena predicte. Receptans aūt uel retinens aliquē
ex dictis ludis prohibitis scienter in aliqua domo, trasāna, por-
ticu. cattina. uel possessione propria uel conducta in libris decē
puniat'. Mutuans uero uel alr contrahens in dcō ludo phibito
uel tempore ipsius ludi cum aliquo ludente: simili poena
qua ludens puniat'. et nihilominus pecuniam seu rem mu-
tuatam ~~cont~~ amittat, et contractus ipō iure sit nullus. Re-
tinens lumen uel custodiam faciens ad dcm̄ ludum uel per
alium ludens seu de ludo participans, perinde ac si luderet
puniat'. Et cuilz liceat accusare predcōs delinquentes et de-
nunciare in scriptis uel sine. et habeat quartam parte poenē.
et teneat' secretus. Et quarta eē debeat offitiali inuenienti uel exe-
quenti et facienti dcām poenam in effectu in cōi deuenire. Et ta-
les delinquentes ultra poenas supra expressas p tres dies continuos
in carceribz cōis uechiui retineant', poena Potestati uel offitiali pmissa
nō obseruanti .xxv. librarum. Et ne ciuitas in quarta aleatoris de-
fraudet', quam plerūqz offitiales in his et similibz casibz sibi sub

predictam secreti accusatoris applicare convenerunt. Volumus quod ipse officialis ad requisitionem Priorum vel Antianorum sindici teneant propalare duobus de ipsis Prioribus, quos alij ad hoc elegerint, et etiam Cancellario sub fide eorum iuramenti de eo secreto retinendo nomen ipsius accusatoris, a quo et ipsi cum iuramento perquirant, et intelligant an ipse accusaverit, vel ne, et quartam predictam consecutus fuit vel consequi intendat. Et si se non accusasse medio iuramento testatus fuerit, officialis nihil de ipsa poena consequatur: sed tota deveniat communi: et si quid receperit, eum restituere compellatur. Et idem observari decernimus in omnibus alijs casibus, in quibus per haec nostra statuta certa pars poenae accusatori et secreto attribueretur.

De poena portantium arma et fugientium ante familiam et non permittentium se cercari. Rub. V.

Item ne ex frequenti armorum delatione homines ad scandala et vitia audaciores et proniores reddantur. Statuimus quod nullus cuiuscumque status, qualitatis et conditionis existat, iuxta tenorem brevis felicis recordationis Innocentij octavi Pontificis maximi desuper emanati: et in hoc statutorum volumine inserti audeat vel presumat arma portare tam offendibilia quam defendibilia in manu vel ad latus vel alio quomodocumque per terram Baloneij et eius burgos, vicolos in plateis, cursis, vijs, seu strati.

porticib(us), trasandis, logijs. palatijs in cōis. vel in alijs locis publicis dicte terre. aut in aliquo predictorum locorum arma tenere. Si quis ad contra fecerit, si quidem portando arma offendibilia. in poena quinque librarum. si ad defendibilia. in poena duarum librarum denariorum ipso facto incurrat. pro qualibet vice et quotiens facto armorum. Excepto nisi ea portaret. vel teneret ad vendendum. vel ad adaptandum. vel iret. vel rediret ad dictam terram a villis vel locis eiusdem. vel ab alijs locis extra eius territorium. Item nisi eo tempore. quo fuerit pulsata campana cōis ad arma. donec constiterit publice factum bannimentum, quod ulterius arma nō portentur. Item nisi talis deferens seu deferens esset custos seu deputatus ad armata, que per cōe tempore mundinarum, seu quotiens alio tempore. Item nisi per quale consilium foret eidem ex aliqua rationabili causa concessa licentia arma deferendi. Pro quotiens ad cultello ad panem incidendum apto. vel temperatorio longioribus uno palmo cum et acutis in cod. quadraginta puniat. Pro minoribus vero uno palmo vel de mensura unius palmi tantum, deferens nō teneatur ad poenam. Item quod aufugiens ante aliquem officialem et eius familiam. dum videtur persequendo pro armis vel non permittens se armari seu perquiri, puniatur perinde ac si

arma offendibilia maiora portaret. Item deferens arma venenosa. ut in eis ponens venenum, ut quocumq mō venenosa faciens poena quadrupli puniatur. Et in quolibet predictorum casuum de nocte intellecta ut supra poenam debeant duplicari, praeterquam in cultello et temperatorio predictis. Et liceat unicuique denunciare et accusare, et habeat quartam poenae et teneat secretus. Et si officialis ut famulus fuerit inventor, et absq alia apprehensione, dummodo poenam fecerit cum effectu in coi devenire, quartam partem poenae consequatur. et arma in oem casum deveniant in comuni. Exceptis forensibus qbus impune liceat dum sunt in transitu arma deferre. Volumus ut oes suprascriptas poenas exigi de facto et sine aliqua remissione.

De ponderibus et mensuris. Rubrica VI.

Item ad comprimendas quorundam fraudes, qui in vendendo et emendo fallaci et nō iusta utuntur ponderibus et mensuris. Decernimus quod pondus librae vendi. et iusti sit tale. quale hactenus servatum fuit. Et libra intelligatur duodecim uncias, et uncia octo octavas. Rubbum vero viginti octo libras. Mensura pāni lanae fiat ad bracchium cōis designatum in ferro existente in pariete palatij dni Potestatis et ubi est lapis in platea publica. Cāna ad. qua mensurant pāni lini. sit trium

CXVIIv

bracchiorum panni lini. Brachium aut lini sit maius brachio panni lane in uno tertio. Canna aut, cum qua mensuratur terra sit decem pedum ad pedem cōis designatum in ferro dicti parietis. Modiolus constet ex decem stadijs. et qu̾tt stadium sit decem pugillorum, et qu̾tt pugillus sit centum pedum. salma aut grani et aliorum bladorum sit duarum vasceriarum cum dimidia. et quelibet vasceria sit quatuor quartorum. et qu̾tt quartus sit sex cuppitellorum. Item q̃ salma vini seu musti sit duarum broccarum. et broccha sit quatuordecim pititorum. et pititum sit foglietarum quatuor. et eadem mensura mensurari debeat oleum. et caldarellus olei sit quatuordecim pititorum ut supra. Quartus aut grani sit talis prout coreanatum in lapide existente in sala palatij Potātis. Pondera aut, q̃bz sal venditur, sint illa eadem, cum q̃bz alie res venduntur. Teneatur aut qu̾tt retinere dicta pondera et mensuras adiustatas et bullectatas signo arī cōis singulis sex mensibꝫ infra sex dies a die introitus novi Potātis. poena viginti solidorum pro quolibet pondere seu mensura. Vendentes aut cū dictis ponderibus seu mensuris non iustis poena predicta puniantur. quarum poenarum quartam partem deberi decernimus offitiali invenienti. et reliqua sint cōis. Et simili poena puniantur contrafacientes in aliquo ex premissis.

De nõ faciendo q̄d turpe in muro cõis. Rub. VII.

In muro cõis et in circuitu dicte terre nemini liceat habere discopertum, priuasium, minctorium, cloacam. et his similia. poena quadraginta sol. et nihilominus ad eorum remotionem compellantur. Nemini etiam liceat prope portas per unam cannam bruturam aliquam facere vel proijcere poena uiginti sol. In muris at et turribus dicti cõis nulli permissum sit arcum facere vel ligna immittere vel alio quocunq modo appodiare, aut eos occupare. seu in eis aliqd facere. absq expressa licentia gñalis consilij. que fuerit obtenta p quatuor partes de quibus poena XXV. lib. den. Profellum at supra uiam publicam construere facere liceat impune. dummodo sit muratum, et ultra tertiam partem ipsius uie se non protendat vel occupet sub dicta poena.

De uijs publicis et uicinalibus purgandis. manutenendis, et nõ occupandis. et fontibus cõis. Rub. VIII.

Item qm multum reip. interest uias publicas. per quas cuiq ad res suas patet accessus. manuteneri, et a nẽie occupari. Statuimus. q oẽs uie et strate pub. tam intus terram. q̄ extra manuteneant et praseruent in eare debita latitudine, et prout antiquitus fuerunt constituta et aterminent et aterminare. Vide i͠fra Rub. XL.

CXVIII v

manuteneant. Nemini que liceat aliquam ipsas occupare in toto
vel in partem aliquam. aut aliquid in ea facere, per quod eius usus
quoquo modo impediatur poena decem libr. den. et tale occupatum re-
laxet et factum destruat. et in pristinum statum reponat sub
dicta poena. Item quod non habens viam causa eundi ad aliquam eius
possessionem teneat viciniam vel vicini eam vendere pro loco ma-
gis accomodo dato et minus vendenti damnosum iusto pretio decla-
rando per duos bonos viros comuniter eligendos. Item quod domini vel labo-
ratores possessionum extra dictam terram teneant vias per quas
ipsi habent accessum ad eorum possessiones aptare, manutenere,
et foveas iuxta ipsas facere, prout expediens fuerit. et aquam in eas
non derivare, sed eam per rata ~~eorum~~ per eorum possessiones supportare
poena .xl. sol. Et domini domorum intus terram existentium iuxta stratas
publicas teneant eas similiter aptare, mundare, purgare, manutenere,
et, quatenus opus sit, remattonare: sub dicta poena .xl. sol. salvo quod
pro mundatione et purgatione non facta poena sit quinque sol. Ubi autem
per vias comuniter iri non possit, liceat unicuique impune pergere et cum ani-
malibus ire et transire per possessionem vicinam ipsi viae. Nemini etiam
liceat dictas vias fodere, laborare, devastare vel impedire poena
decem librarum. Item decernimus quod noster Potestas tempore estivo faciat
quolibet die sabbati. et etiam quolibet die precedente festum Pascatis
utriusque videlicet tam resurrectionis quam Pentecostes. Ascensionis
Corporis Christi. Assumptionis et nativitatis Beatae Mariae Virginis

publice banniri, quod omnes de dicta terra et habitantes in ea debeant per totam illam diem mundasse, purgasse, et scopasse viam ante eius domum et omnem immunditiam et obstaculum removisse poena quinque sol. Et simile bannimentum fieri faciat tempore hyemali de glaciebus rumpendis ante cuiusque domum sub poena predicta, pro quarta parte officiali invenienti vel accusanti applicanda. Item quod pontes communis manuteneri, fieri et refici debeant per commune dicte terre.

De poena projicientis vel facientis aliquam bruttaram in stratis et viis publicis vel plateis, vel in personam alicuius. Rub. IX.

Item statuimus, quod nemo bruttaram aliquam faciat, vel aliquam fecem, brodam, vel cineratam, terram, canaticium, sterghimium, letamen et his similia projiciat: vel corea foetida extendat in viis publicis vel vicinalibus, porticibus, vel plateis intra terram, vel eas rigoboret, poena decem sol. et nihilominus ad remotionem predictorum de facto compellatur. Si autem ex tali immunda projectione fuerit facta iniuria seu lesio persona alicuius vel eius pannis. Si quidem projiciens id studiose et animo iniuriandi fecerit, in tribus decem puniatur: et ad damni illati extimationem in duplum leso teneatur. Si autem non iniuriose nec studiose; sed inadvertenter et inconsulte id factum fuerit, in solidis viginti puniatur. Eadem poena puniatur projiciens aquam vel aliquam immunditiam supra domum alicuius vel intus domum. Si quis vero aquam claram vel vinum vel aliud quod

Liquidum non deturpans seu maculans in pannos seu personam alterius pro-
iecerit. si iniuriose in solidis centum. si autem inadvertenter in sol. x.
puniatur. Si autem iocose factum fuerit; et ille, contra quem fuerit
proiectum ad iniuriam non revocaverit, ad poenam aliquam non tene-
atur. si autem revocaverit, in dimidiam dictarum poenarum puniatur.
Et in quolibet dictorum casuum officialis inventor vel poenam faciens cum effe-
ctu devenire in eius quartam ~~poenam~~ partem poenarum predictarum lucretur.

De poena extrahentium giffas de possessione alterius. Rub. x.

Giffas extrahentes de campo seu possessione alterius in poenam incidat
ipso facto. xx. sol. et de hoc stetur iuramento accusatoris seu domini cum
uno teste. Et nihilominus damnum, si quod ex tali extractione sentitum
fuerit, patienti resarciat et emendet.

De cursu aque pluvialis et androne seu fovea purgando. Rub. xi.

Cursum aque pluvialis vel stillicidiorum seu alterius aque consuetum
a decem annis citra nemo in preiudicium alterius mutet, deviet. vel
deformet poena. x. libr. Habens cursum aque per domum vel possessionem
alterius in eo non impediatur: nec aliquis in eo structuram seu aliud im-
pedimentum faciat vel proiiciat, nec reflectat poena. xl. sol. Et si con-
tigerit aliquem andronem. et foveam vel cuniculum communem esse ingorbi-
tam vel impeditum possint heredes partes in predictis ad petitionem

unius ipsorum compelli per potestatem vel offitialem ad purgandum, mattonandum, murandum, aptandum, et disgomborandum, prout ipsi potestati videbitur expedire.

De artifficibus et alijs fraudem committentibus in eorum arte. Rub. xii.

Artifex vel alia persona committens fraudem in aliqua re venali valoris duorum florenorum vel abinde infra, ut puta inmiscendo aquam cum vino, vel fabas, vel ordeum cum grano, et his similia, si quidem res venalis fraudata et res, cum qua fraudat, sunt committentis dictam fraudem et non esset alienata puniatur in solidis centum. Ubi vero esset alienata in libris decem puniatur, et nihilominus pretium restituat emptori duplicatum. et talis res alienata comburatur et penitus dissipetur, si reperiretur. Abinde vero supra puniatur poena imposita supra in precedenti libro in statuto de falsis.

De panifacolis, tabernarijs et hospitatoribus. Rub. xiii.

Panis in dicta terra et eius districtu non vendatur, nisi prius fuerit assettatum per offitiales et assettatores communis. et nisi ad pondus. Poena quinque sol. pro qualibet uncia panis et qualibet vice. qui assettatores singulis annis in generali consilio deputari debeant. Exceptis tabernarijs, et hospitatoribus, quibus liceat panem etiam non assettatum impune forensibus non habitantibus in dicta terra vendere. Item tabernarij

et hospitatores uinum et oleum uendentes ad minutum teneant ipsorum uasa, cum quis dictum uinum et oleum uendit, retinere adiustata et sigillata sigillo plumbeo nostri comunis. et non alia uasa in loco, ubi uinum et oleum uendit: nec in eis debeant aquam retinere, poena .x. sol. in quolibet praedictorum casuum: nisi essent uasa maiora duobus pititellis: uel fiaschi: phiale, crateres, urcei, seu alia massaritia de uitro. quarum poenarum quarta pars officiali inuenienti: et cum effectum facienti in eius denuntiationem poenam, debeat.

Quod priuasium uel minitiosum aliquid non fiat de uersatorio, et canante terram alienam. Rub. xiiii.

Statuimus, quod uersatorium, priuatum, minitorium, uel aliud simile habens in sola suam conuicinum, teneat quod ipsorum taliter uti, quod cum de alieni suo uicino, uel transeuntibus per uiam, uel ipsius uijs aliquem foetorem, bruttitiam, immunditiam, uel nocumentum non inferat, poena .xl. sol. pro qualibet uice. Et quilibet habens aliquod ingoborumentum supra domum alienam sui uicini teneat illud remouere poena .xxv. libr. den. nisi aliud per pactum conuentum fuerit. Et nemini liceat in domo retinere aliquid, per quod uicino foetor, uel turpitudo reddatur poena .xx. sol. Obturans uel projiciens aliquam immunditiam in cuniculum, foueam, uel aliquem locum, per quem aqua pluuialis uel alia aqua decurrat in .x. sol. puniatur. et in sibilis

poena dupli remouere teneat' in quolibet casuum predictorum. Teneantur
uicinis foueum in dicta terra coso percurrum et bene muratum face-
re in eius; in qua uersatoria et primasia cetum habeant. Itaque
uicinis et transeuntibus foetor, turpitudo uel immunditiei non reddat.
Si uero aliqua domus, cappana, seu cassina, culpa uicini uel alte-
rius fuerit combusta domino et prono integrum damnum per ipsum
uicinum reficiat. Si autem aliqua domus fuerit deguastata, ne
ignis transeat ad alias domos; damnum dicte domus per Seiores
dectaoandum reficiatur per commune infra duos menses; nisi culpa et
leuitima domini uel habitatoris domus primo uicense, per qua ta-
le incendium contigerit, id damnum secutum fuit. quo casu ille
teneat' et non commune.

De linio. blado. calcinari, gurgite et stramine. Rub. CXV.

Item statuimus, quod nemini liceat linum, bladum, canapam et his
similia battere uel triturare. seu meighiare intus dictam terram Ar-
clonij tempore non suspecto poena X. sol. Lauatorium coriorum nec
coraminis, calcinare. cum gurgum nemo intus dictam terram faciat
sed factum destruat poena XL. sol. Quilibet reponens stramen in
dicta terra teneat' ad petitionem cuiuscumque uicini satisdare
de damno in futurum contingente dicto uicino reficiendo occasione
ignis, quod forte combureret dictum stramen et domum uicini. quam
satisdationem si non prestiterit. illud stramen remouer teneat'.

poena decem librarum, et nihilominus ad illud removendum compellatur.

De aucupantibus, venantibus, vindemiantibus, et portantibus uvas de sua vinea. Rub. XVI.

Statuimus etiam, quod liceat cuilibet impune aucupari et venari in quolibet blado a kalendis Martij usque ad medium mensem Aprilis et in alijs possessionibus, preterquam in hortis, canebis et vineis, dum in eis sunt uve, vel agresta, nisi sibi prohibitum extiterit per dominum vel laboratorem, cottumatarium, conductorem vel usufructuarium. Nemini autem liceat vindemiare usque ad kalendas octobris nisi per Priores una cum Consilio cernitur aliud deliberatum fuerit, vel licentia sibi concessa, poena centum sol.

Venientes persona portans de vineis vel illius, in cuius domo stat, vel habitat, ultra duos racemos, puniatur in quinque solidis pro quolibet racemo excedente dictum numerum. Et in predictis quilibet officialis possit per inventionem procedere et habeat quartam partem.

De non faciendo bruttura iuxta Ecclesiam vel pilleram vel domos comunis. Rub. XVII.

Item statuimus, quod nemo faciat vel proijciat bruttuream immunditiem, vel turpitudinem aliquam in Ecclesia vel pillera vel domibus comunis vel claustris earundem, vel iuxta eas per unam cannam poena

viginti solidorum: et nihilominus ad eam removendam compellat.

De arboribus, sepe et sama. Rub. XVIII.

Arborem habens in possessione alterius teneat dño possessionis vendere iusto pretio declarando per duos bonos viros eonter eligendos. Habens aut aliquam arborem vel sepem iuxta possessionem vel domu alterius, cuius arboris rami protenderentur supra dictam possessionem vel domum, teneat ipsam sepem ronchare, et ramos, qualenus se protendunt incidere infra tres dies a die requisitionis et extraiudicialis, poena viginti sol. Et nihilominus liceat dño possessionis elapso dicto termino impune incidere et similiter sepem ronchare: et incidi et ronchari facere. Addentes etiam quod dño ipsius domus et possessionis, supra quam dicti rami se protendunt, liceat fructus in illis ramis crescentes colligere et pro se habere libere et impune. Item nemini liceat plantare sepem, nisi dimisso uno pede mensure: nec etiam alicui liceat plantare aliquam arborem iuxta domu alterius per quinque pedes: iuxta aut possessionem alterius per tres pedes, et prope alterius vineam per decem pedes similes, poena XL sol. et nihilominus ipsam arborem alter quod, ut premissum est, plantata removeri compellat ad instantiam ipsius vicini infra quinque annos a tempore ipsius plantationis numerandos: quo tempore elapso vicinus ulterius non audiatur.

De nõ laborando iuxta terminũ et limitem alienum, et de tri-
bulis, fossa celata et esca in suo ponenda. Rub. XVIIII.

Decernimus, q iuxta terminum in confinio positum p mediũ pedem ad pedem manus nemo laboret pena xx sol. Limitem alienũ nemo fodiat, ligonizet, vel aliter deguastet pena centũ solidorum. Si quis aũt foderit prope limitem alienum, itaq ex sua cauatione seu pro illo laboritio limes alienus sublametur vel deripetur, soluat solidos quadraginta. Et ad probationem sublamationis seu deripationis sufficiat aspectus loci. Et presumatur limitem fodisse deguastasse seu sublamasse vel deripasse ille, cuius fuit terra a pede ipsius limitis seu subtus ipsum limitem. Et Potestas possit illũ, cuius esset terra a pede limitis laborati, deguastati seu deripati, ad totam penam de facto compellere, conuicto p aspectum et inspectionem predictam, nõ obstante q aliter nõ probaretur. Decernimus etiam q nemini liceat in suo vel alieno tribulos, clauos et his similia immittere, vel fossum celatum facere, nisi prius tribus bannimentis dominicis temporibus factis. In quibus notificet talem in eius possessione predicta fecisse vel posuisse, pena quadraginta solidorum. Et si occasione predictorum aliqua pecora seu animal aliquam lesionem pateretur, puniatur proinde ac si talis pecora vel ~~aliud~~ animal offen-

sa

sa fuisset cum armis a stati contrafaciente. Item si gallinae et alij pulli alieni dānum inferrent in horto, uinea, ut possessiõe alterius propria ut conducta, seu ad laboritium retenta: liceat eidem facta prius notificatione dño gallinarum seu pullorum, ponere et imittere in dicta uinea, horto, seu possessione uolatiẽ seu [illegible] et aliud simile libere et impune. et absq aliqua dāni et [illegible] euenientis emendationem.

De [illegible] facientis aīal suum ab alio coiri contra dñi uoluntatem ut [illegible] publicis. Rub. XX.

D[illegible] etiam, q faciens alienum aīal contra dñi uoluntatem cum [illegible] coire. si q dem grossum in solidis centum. si minutū, in [illegible] puniat. Et nihilominus dānum dño aīalis coeun[illegible] tum resarcire, ut stallatiū in duplū dcō dño soluere [illegible]at. si qs fecerit aīt unum aīal cum alio in locis publicis [illegible] coire in solidis uiginti puniat.

[illegible] macellarijs seu beccarijs. Rub. XXI.

[illegible] atuimus, q Priores, q pro tpe fuerint in dca terra, teneantur quindecim dies ante festum sacratis resurrectionis Domini nri Iesu Christi fieri facere banimenta saltem tria diuersis sdē diebz q loca publ. dicte terre et contrata ut uolentibz macellū seu beccaria

CXXIIIv

facere in dicta terra pro uno anno proxime sequenti usque ad carnis privium proxime sequturum. Compareant coram ipsis Prioribus cum eorum pactis, quorum pro meliori pretio et melioribus pactis ipso communi pactis offerentibus dabitur: quae beccaria demum tempore, quo ipsis dominis Prioribus et generali Consilio videbitur magis expediens pro utilitate communis, transa[...] Et si conti[...] dubio disceptari, qui meliores conditiones, pacta, ut [...] obtulerit, libere Potestatis et Priorum declarationi stet [...] cuique pacta et capitula sua dare, corrigere, declarare [...] re, mutare et emendare, donec ipsa beccaria [...] Et ubi nullus comparuerit ad offerendum ad [...] tunc sit in declaratione consilij generalis, an velit, quod [...] aut quod permittat omnibus facere volentibus ipsas carnes; aut [...] aliquo forense, qui veniat ad macellandum in hac terra [...] providere, prout sibi visum fuerit. Item in hac [...] beccaria fuerit transacta, carnes in dicta terra et eius districtu [...] cere causa vendendi, seu vendere, poena viginti librarum pro quolibet contrafacienti et qualibet vice. Exceptis carnibus alicuius animalis infecti; ut non sani, infracti, vel spallati: et carnibus montaninis: quae fieri et vendi valeant libere et impune in locis consuetis dictae

terre. preterque in ipsa beccaria comunis: et preter carnes caprittorum mi-
noris ponderis viginti librarum. que possint per quemlibet ad quartum
vendi. Et preter carnes coctas, salatas et siccas. ac et quod omnibus
liceat a festo Nativitatis domini nostri Iesu Christi usque ad circumcisionem m-
michinne carnes facere ac vendere iuxta consuetudinem habentem
o[illegible] at at Macellarius seu beccarius comunis in macello
[illegible] ad sufficientiam, et dare et vendere omnibus peten-
[illegible]bro ibi exente et nulli renuere. poena .x. sol. pro quo-
[illegible]t. Et si que petia carnis esset iam vendita non reti-
[illegible] in dicto macello vel alio loco eius patente sub dicta
[illegible] et dicti beccarij comune tenere et dare de carni-
[illegible] carnibus ~~extra~~ castratinis, que porcinis et agninis non
minoris ponderis viginti librarum tempore tempori congruo. videlicet
castratinas omni tempore: agninas usque ad mensem Iulij: porcinas
a Kalendis Septembris usque ad carnisprivium: dummodo dicti agni
retineant dentes lactarolos et non aliter. quinimo agni non retinentes
reputentur montoni vel pecudes. Vitelinas ad minus in vigilijs et
festis Ascensionis, Pentecostes, sancte Marie de mense Augusti,
omnium sanctorum, Nativitatis domini, in Kalendis Ianuarij, et in
Carnisprivio cum tribus diebus precedentibus. et ultra dicta tempora
ad minus semel in quolibet mense. A festo ut Pascatis Resurrectio-
nis usque ad festum omnium sanctorum in diebus Iouis et in diebus

precedentium vigilias et in die Conuersionis Beati Pauli post vesperas nõ compellant aliquod animal interficere. Teneantur et dicti beccarij õne animal antequam occidant et vendant ostendere aliqui officiali dicti Comunis sub dicta poena pro quolibet animali. Nec possint vendere carnes de carnibus castratinis vel porcinis antequam ... officialem visae et sigillatae in quolibet quarto ... omnes carnes occisas habere debeant in eorum ... reclusas, sed apparenter et evidenter in macello ... omnium astantium poena viginti solidorum. Nec ... fetas vel nõ sanas in eorum macello habere vel ... et maxime zenellosos, cocomerios, castratos ... sbrotezolosos, impetiginosos, vel habentes ... solidorum pro quolibet animali. Nec alia pondera retineant in dicto macello, aut cum eis vendere audeant, quam equis et iustis sibi per nostrum Comune assignandis sub poena predicta. Bilances similiter equas et iustas debeant continue retinere sub dicta poena centum solidorum pro qualibet vice. Iustumque pondus dare debeant unicuique sub poena viginti solidorum pro qualibet uncia, quam minus dederint. Et emptori ad restitutionem eius, quod minus dederint, in quadruplum teneantur. Credaturque officiali inuenienti vel emptori carnium una cum uno alio inconti[n]enti reponderante

cum iuramento. Interiora aũt seu ventramina bestiarũ videlicet
epar, pulmo, cor, milza, et tota corata vendant' ad pondus
duobus denarijs minus, q̃ carnes exteriores, pro qualibet libra:
ventres, capita, pedes usq; ad genua, et alia viscera bona
vendant' ad oculum iuxta conventionem emptoris et venditoris
poena .XX. sol. si aliter in aliquo predictorũ casuũ fuerit contrafactum.
Exceptis capitibus porcinis, que possint p̃ vendictis carniũ porcinarũ
nõ immensis sed congruis et honestis ad pondus vendi. Liceat tñ
dictis Beccarijs lardum grossum sine ossibus et aliqua mixtura
vendere volenti emere pro duobus denarijs pro qualibet libra plusq;
vendant' alie carnes porcine, poena quinq; solidorũ pro qualibet et
vice qualibet. Nec liceat dictis Beccarijs emere, retinere, seu reti-
neri facere aliquem hyrcum, capram, montonem, verrem, scrofã,
ut peudem durante tempore conductionis dicte Beccarie poe-
na quadraginta solidorũ pro qualibet dictorũ animalium et vice qualibet.
Teneantq; et dicti Beccarij bancã, domũ et stangã ipsius
beccarie here, tenere, aptare, et purgare eorũ expensis. Possintq;
dicti Beccarij vendere capritos minoris ponderis viginti li-
brarũ, q̃ts heri repulerint, ad quartum vel ad pondus prout eis
libuerit, dummodo habeant de alijs carnibus supranominatis: nec in-
fleent cum flato: nec repleant renes seu rognonos pinguedine

CXXV v

nec grassia apponat. Nec brutinam, stercora, carnes corruptas, cornua, uel sanguinem faciant, uel proijciant in plateis uel uijs publicis; uel in banca seu alijs locis beccarie, uel illis propinquis; nec in eis coria expandant sub poena quinque solidorum. et ad excoriandum et scinquandum animalia teneant. et faciant in uijs aliquid concauum, ubi sanguis et alia putredo defluat et colligat: itaque loca publica et beccaria sanguine uel putredine non fedent sub poena predicta. Permittimus autem in dictis locis dictis macellatoribus comburere et socarare ante et prope bancas eorum, uel porcos depilare. Teneant etiam dicti beccarij, qui dicta beccaria tenuerit transacta, per se et non per aliquem substitutum macellare seu carnes uendere poena decem libr. den. pro qualibet uice, qua contra fuerit; nisi talis constitutus fuerit prius in generali consilio approbatus. Nec presumant uendere unam manerieni carnium pro alia, et unum genus carnis pro alio poena quadraginta solidorum pro qualibet uice. Et in quolibet predictorum casuum procedat per inuentionem et accusationem; et credatur soli offitiali inuenienti; et accusatori cum uno teste, qui teneat secretus. et offitialis inuentor habeat quartam partem poenarum suprasdictarum. Et si in premissis fuerit negligens decem librarum poena puniat.

De poena facientium brutturam in fontibus vel eorum muris vel conductus rumpentium. Rub. XXII.

Item statuimus atque decernimus, quod nemini liceat immunditiem seu brutturam aliquam facere vel proiicere in fontibus quibuscumque et conservis nostri communis, et in cisternis et puteis quarumcumque ecclesiarum et particularium personarum dicte terre, vel in eis aliquid immittere vel proiicere, per quod aqua corrumpatur seu aliter deturpetur; seu in eis pannos, seu lanas, linum, vel aviam, et quod simile lavare et in fontibus, ubi equi et alia animalia bibere solent, poena cuiuslibet contrafacienti et vice qualibet centum solidorum, et nihilominus ad prestorum mundationem et purgationem de suo compellatur. Si quis autem ruperit, fregerit vel aliter quomodocumque deguastaverit muros dictorum fontium, conservarum, cisternarum, et puteorum, vel aliquem ex eorum conductibus aperuerit, ut alibi quis in eis aquam hauriat, incidat ipso facto in penam quinquaginta librarum, et nihilominus ad restaurationem et reformationem eius, quod fuerit fractum, ruptum seu deguastatum penitus et de suo compellatur.

De poena extrahentis aliquod genus bladi et vendentis forensi. Rub. XXIII.

Item, ut nostri cives et incole cum maiori ubertate vivere

CXXVI v

ualeant. statuimus, quod nemo audeat uel presumat frumenta seu blada cuiuscumque generis. uel legumina, aut farinas extra nostram terram eiusque territorium extrahere. uel exportare uolens uendere, mutuare, uel quouis alio modo alienare. Qui autem contrafecerit pro qualibet salma seu incarcatura in libris quinquaginta puniatur sine remissione: et bladum una cum animalibus quo portatur, ipso facto incidat in commissum, et nostro commodo applicetur. Et, ut de premissis solertior fiat inquisitio, decernimus, quod quilibet de nostra terra et eius officiales possint de premissis inquirere, et repertos uendere, portare, uendere uel alienare non licitatis denunciare. Portantes autem capere et arrestare ualeant, et salmas cum animalibus ad curiam nostram deducere. et pro eorum cum eo solerti labore quartam partem consequantur de omni eo, quod in curiam eorum occasione deuenerit. Et presumat extra terram portare, si fuerit inuentus extra per loca et itinera transuersa: non autem per uiam tendentem ad domum habitationis talis inuenti uel ad nostra molendina: nisi dictam domum uel ipsa molendina transiuerit. Et quod prope nostros confines fuit eum dictis rebus prohibitis inuentus. Et per huiusmodi et alias presumptiones, quas licitatis arbitrio remittimus. loci, personae et tali

qualitate persctis. super quo de facto et sine aliquo processu facultatem procedendi decernimus et concedimus. Et predictum nolumus sibi uendicare locum in scolaribus et officialibus et alijs creatis extra hanc terram et aliqua iusta et rationabili causa: quibus pro suo cuique familiari uictu tantum extrahere impune liceat. Predicta tamen prius licentia a nostro Potestate et Prioribus et obtenta.

De poena luctum facientium de defuncto extra domum.

Rub. XXIIII.

Incivilem rem ac parum iuridicali rationi congruentem arbitrantes in defunctorum funeribus luctus, uociferationes, lamentationes et planctus publice fieri, prout hactenus fieri solitum uidimus. Ideo in huiusmodi improbandam consuetudinem abrogare uolentes. statuimus, quod nullus tam masculus, quam foemina audeat uel presumat extra domum de morte alicuius luctus, uociferationes, et lamentationes facere. Et mulier ac homines consanguinei uel affines defuncti cadauer dicti defuncti: dum ad sepulcrum defertur, sequi non ualeant: nec luctus et lamentationes seu ploratus in strata platois, cemiterijs, uel alibi extra domum facere quocunque tempore non presumant poena in quolibet contrafaciente centum solidorum ipso facto incurrenda, et exigenda in quolibet predictorum casuum. Et ut premissa firmiter obseruentur. Volumus, quod Potestas mittat ad funera cuiuscunque morientis transmittat socium militem

alium ex suis offitialibus ad exigendum, an aliquis in premissis contrafaciat. Et aliquem contrafacientem invenerit ad solutionem dicte poene de facto compellat. Et quilibet possit tales contravenientes referre, et teneatur secretus. Et talis referens vel offitialis inventor quartam partem poenae predicte consequatur. Et Potestas vel offitiales in premissis negligentes fuerint, poenam decem librarum incurrant pro quolibet et vice qualibet.

De remensuratione terrarum in catastris contentarum. R. XXV.

Statuimus, quod si quis assereret se gravatum super extimo alicuius sue possessionis, quam diceret esse minoris mensure quam appareret in catastro descripta, et peteret illam remensurari, debeat super hoc audiri, et remensuratio fieri expensis ipsius petentis. et prout in veritate ex relatione mensoris cum iuramento relatum fuerit, in catastro describi debeat et non aliter. et de ipso modo mensure extimum fiat, et solvi debeat.

De poena ludentium in Ecclesijs. Rub. XXVI.

Quia domus mea domus orationis vocabitur dicit Dominus. Ideo statuimus, quod nemo audeat vel presumat aliquem prohibitum seu illicitum in aliqua Ecclesia seu eius

CXXIX v

publicam uel priuatam aut introitum, p quem aliquis haberet ius eundi, seu in possessione uel quasi iuris eundi fuisset saltem duos annos sine uoluntate gratis [illegible] seu eius, ad quem tale ius pertineret, poenam decem librarum incurrat. et tn quod occupauerit uel laborauerit de facto relaxare compellatur.

De domib. et possessionib. non habentib. uiam uel introitum.
Rub. XXXIII.

